CHARTULARIUM

STUDII BONONIENSIS

DOCUMENTI

PER LA STORIA DELL' UNIVERSITÀ DI BOLOGNA

DALLE ORIGINI FINO AL SECOLO XV

PUBBLICATI PER OPERA

DELLA

COMMISSIONE PER LA STORIA DELL' UNIVERSITÀ

DI BOLOGNA

VOLUME IV

BOLOGNA

PRESSO LA COMMISSIONE

PER LA STORIA DELL' UNIVERSITÀ DI BOLOGNA

1919

Cominciato a stamparsi nel maggio del MCMXVI,
pubblicato nel settembre del MCMXIX.

CHARTULARIUM

STUDII BONONIENSIS

DOCUMENTI

PER LA STORIA DELL' UNIVERSITÀ DI BOLOGNA
DALLE ORIGINI FINO AL SECOLO XV

PUBBLICATI PER OPERA
DELLA
COMMISSIONE PER LA STORIA DELL' UNIVERSITÀ
DI BOLOGNA

VOLUME IV

BOLOGNA
PRESSO LA COMMISSIONE
PER LA STORIA DELL' UNIVERSITÀ DI BOLOGNA

1919

COMMISSIONE PER LA STORIA DELL' UNIVERSITÀ DI BOLOGNA

ATTI DEL NOTAIO

BERNARDO LAMOLA O DALL'AMOLA

PER CURA

DEL DOTT. LODOVICO FRATI

Gli atti notarili contenuti in questo volume, appartenenti all' Archivio Notarile di Bologna, furono rogati da quattro notai della Curia Vescovile, e sono quindi assai notevoli, perchè, com' è noto, fino dal secolo XII i Collegi dei Dottori si radunarono presso la Cattedrale e l' Arcidiacono di Bologna ebbe da papa Onorio III nel 1219 facoltà di approvare gli scolari, e niuno poteva insegnare nello Studio senza la sua licenza. Il Vescovo di Bologna fu pure cancelliere perpetuo del Collegio teologico, e nella sua residenza si esaminavano privatamente gli scolari, si conferivano le lauree e si discutevano tutte le cause civili relative allo Studio.

Gli atti notarili di Bernardo Lamola sono contenuti in un protocollo unico, dall' anno 1319 al 1321, parte membranaceo, parte cartaceo, di carte 125, con coperta membranacea, di vario formato, fra un massimo di mm. 410×310 ed un minimo di mm. 305×215: ha nell' Archivio notarile la collocazione: Cassa 17, p. 3, c. 6.

Bernardo del fu Bencivenne Lamola, o Dall' Amola fu creato notaio nel 1296 ed esercitò il notariato presso la curia vescovile, mentre era Vescovo Uberto Avvocati e suo Vicario Mattiolo Beccadelli. Credesi che morisse nella battaglia di Zappolino l' anno 1325.

Ringrazio il Cav. Arturo Baccolini e il signor Angelo Callisto Ridolfi, dell' aiuto prestatomi nelle ricerche, e delle notizie biografiche dei notai da quest' ultimo cortesemente comunicatemi.

I (927).

Prot. unico, 1319-1321. Pergam., di mm. 305 × 215. — Originale.

Inquisizione di Uberto Avvocati vescovo di Bologna per il furto di una cassa rubata ad Alessandro da Guercino suo cappellano e notaro.

Bologna, 1319, 22 febbraio.

Il vescovo di Bologna Uberto Avvocati commette a Mattiolo de' Beccadelli suo vicario di ricercare l'autore del furto di una cassa contenente denaro, lettere pontificie, un tabarro, una guarnacca ed altro; appartenente ad Alessandro da Guercino suo cappellano e notaio.

Ubertus miseratione divina Episcopus Bononiensis discreto viro Mathiolo de Bechadellis civi Bononiensi generali vicario suo in temporalibus salutem in domino. . . . .

Datum et actum Bononie, in episcopali palatio bononiensi, sub anno nativitatis domini millesimo trecentesimo decimo nono, inditione secunda, die vigesimo secundo februarii, presentibus discretis viris dominis Rogerio Cacia canonico Placentino vicario generali dicti patris, Iohanne de Manchasolis archipresbitero plebis sancte Marie de Cento, Petro de Cernittis legum doctore, Rolando de Manchasole de Placentia presbitero, Antonio de Rodigio camerario dicti domini episcopi, Gerardino de Rocis canonico Civitatensi presbitero, Angelo canonico Assissie, presbitero Iacobo de Lavernasco canonico sancti Iohannis de domo Placentie, Ianono Rayno notario de Placentia, Iacobo Tassi de Castro Episcopi notario et aliis multis testibus vocatis.

Ego Bernardus condam fratris Bencevenni de Lamola imperiali auctoritate et nunc dicti domini episcopi et sue curie notarius predictis interfui et de mandato dictis patris, presentibus dictis testibus scripsi et publicavi.

II (928).

Prot. unico, c. 3 *verso*, 1319-1321 e doc. cart., di carte 2, mm. 321×225. — Originale.

Confessione di debito per 160 fiorini rilasciata da Albizzo Brancasecca di Lucca scolaro a Sinibaldo Bonamati di Prato pure scolaro nello Studio bolognese.

Bologna, 1321, 9 gennaio.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo primo, inditione quarta, die nono ianuarii. Constitutis in iudicio coram venerabili viro domino Rogerio Cacia canonico placentino vicario generali reverendi patris domini Uberti dei gratia episcopi bononiensis, domino Symboldo olim Bandini d. Bonamati de Prato scolare bononiensi ex parte una, et domino Albiço condam domini Coradi Branchasoche de Luca canonico ferariensi et plebano plebis sancte Marie de Pissia lucensis diocesis, etiam scolare bononiensi ex parte altera, dictus dominus Albiçus sponte in iudicio ad requisitionem dicti domini Symboldi confessus fuit se teneri eidem domino Simbuldo in CLX florenos auri boni et puri et iusti ponderis, ad pondus videlicet Bononie, ex causa mutui de pura sorte et gratia speciali contracti maxime pro expensis in Studio bononiensi factis et causa studii et ratione litis et cause, quam habuit cum capitulo ferariensis ecclesie super dicto canonicatu suo, necnon pro libris emptis per eum oportunis ad studendum ibidem, ac aliis causis racionabilibus et oportunis expensis in studio ipso. Et propterea volens ipsi domino Symboldo cavere pro maiori securitate sua promisit per stipulationem, per se et suos heredes et successores dicto domino Symboldo pro se et suis heredibus stipulanti dictam quantitatem CLX florenorum auri boni et puri et iusti ponderis, ad pondus Bononie reddere, restituere et numerare eidem in civitate Bononie, omni exceptione iuris et facti remota, hinc ad sex menses proxime venturos. Exceptione non numeratorum sibi et non datorum dictorum florenorum ex dicta causa; exceptione doli condicioni sine causa, feriis et diebus feriatis omnique approbatione et exceptionis privilegio beneficio ceterisque legibus et litteris et rescriptis impetratis et impetrandis, omnique alio legum et iuris auxilio, omnino respondens et per pactum expresse conveniens stipulatione solempni non appellare, non credit bonis nec legem, seu beneficium leges odandas allegare, vel implorare, seu uti. Et si dictis loco et termino non de-

derit, et non restituerit, et non solverit eidem dictam pecunie quantitatem, promisit per stipulationem eidem domino Simbuldo dare et designare eidem infra XV dies subsequentes dictum terminum libros seu pignora alia manutenentia valoris et extimationis quantitatis predicte illa portando, seu portari faciendo suis periculis et expensis ad domum habitationis dicti domini Simbuldi Bononie et illa dimittendo eidem, seu ipsius familie per publicum instrumentum. Quod si non fecerit, promisit per stipulationem solvere eidem pene nomine C. libras bononinorum et nichilominus sortem ipsam et penam ac dampna expensa et interesse reddere et restituire et solvere sibi in omni loco, terra, foro et mercato, et quo vel quibus inventus fuerit vel petitum fuerit ab eodem, vel heredibus eius quemadmodum locus ille, vel terra, vel forum fuisset a principio contractus solutioni deputatus et in eo expresse dicti debiti restitutio designata preterea non opponere contra hunc contractum vel aliquam partem, vel exceptionem, aliquam, vel defensionem, nec exemplum huius instrumenti seu precepti et sententie recipere, nec postulare, nec aliquam contrariam exceptionem, iuris, vel facto opponere quo minus ad predicta et infrascripta omnia et singula efficaciter teneantur servanda. Sed predicta et infrascripta omnia et singula firma et rata habere et tenere, observare et adimplere, et in nullo contrafacere, vel venire per se, vel alia aliqua ratione, vel causa, de jure vel de facto, sub pena dupli dicte pecunie quantitatis stipulate; pro qua soluta, vel non, rata maneant in hoc contractu contenta. Item reficere et restituere sibi omnia et singula dampna, expensas et interesse litis et extra. Et pro hiis omnibus et singulis observandis obligatum expresse eidem domino Simbuldo omnia bona et iura sua ceterosque fructus, redditus et obventiones presentes et futuros ad eum spectantes ecclesiasticos et seculares. Que quidem omnia se ipsius nomine habere et tenere consuevit, concedens sibi ex nunc expressam licentiam, potestatem et bayliam apprehendendi eadem et que et quos ex eis voluerit auctoritate propria sine calumnia, iudicii requisitione, vel alterius persone, et tenendi et in solutum compensandi, usque ad integram solutionem et satisfactionem predictorum. Post que incontinenter dictus dominus vicarius petentibus et volentibus partibus ipsis precepit dicto domino Albiço eumque monuit in hunc modnm. Nos Rogerius generalis vicarius reverendi patris domini Uberti dei gratia episcopi Bononiensis, lecto in nostri presentia per ordinem instrumento prescripto et ceteris suprascriptis in eo contentis, precipimus dicto Albiço presenti, confitenti sponte in iuditio et volenti, eumque sic petentem, volentem et confitentem sponte in iudicio monentem pro primo, secundo, tercio termino quod debeat dare, solvere, restituere et numerare dicto domino Simbuldo pictos CLX florenos hinc ad sex menses proxime ven-

turos. Et etiam observare ac adimplere omnia et singula in dicto instrumento contenta. Sub excomunicationis pena, quam ex nunc in eum petentem et volentem, si contrafecerit, iusto tantum impedimento cessante, proferimus sententialiter in hiis scriptis: Quodque infra dictum terminum et fidem facere debeat coram nobis faciendo citari dictum Simbuldum ad hoc videndum qualiter satisfecerit de predictis, alioquin nulla alia citatione de eo facta, elapso dicto termino, faciemus eumdem excomunicatum publice per ecclesias nuntiamus, ubi nobis videbitur expedire. Et alias contra eum procedemus, iustitia suadente ad requisitionem creditoris predicti. Preterea idem dominus Albiçus sponte et ex certa scientia iuravit corporaliter ad sancta dei evangelia, tacto libro, non venire contra predicta, vel facere, nichilque opponere vel alegare, propter quod ad eorum observantiam non teneatur cum effectu tam ratione minoris etatis, quam pretextu dampni modici, vel enormis, vel alia qualibet ratione vel causa.

Actum Bononie in episcopali palatio, presentibus Graciadeo domini Bonazunte iurisperito, Iacobo Dominici Mascaronis, Marino Guiscardi de Boçagnis, Michaele Bonaventura de Argile notario et Ubertino de Zenevreto de Placentia domicello dicti vicarii testibus vocatis.

Die XXIII Ianuari.

III (929).

Prot. unico, c. 23 *v*.

Citazione contro Iacopino di Picardia domestico di Pietro della Montagna scolaro a Bologna per bigamìa.

Bologna, 1321, 18 marzo.

Viro provido et discreto domino super spiritualibus vicario et in Christo patris domini dei gratia episcopi Marsichani Rogerius Cacia canonicus placentinus. Venenerabili patri domino V. eadem gratia episcopi Bononiensis vicario generali salutem et sinceram in Domini caritatem. Noveritis per presentes quod quidam mulier nomine Beata, filia condam Guillelmi notarii civitatis Bononie habitantis nuper nobis exposuit quod licet ipsa cum quodam nomine Iacobino qui fuit de Osa de Picardia tunc famulo d. Petri de la Montagna scolaris Bononie et tunc habitatore civitatis eiusdem de Figline in Tuscia matrimonium contraxisset, ad suam tamen notitiam postea temporis processu pervenit quod idem Iacobinus primo cum alia nomine Mar-

garita filia condam Iohannis Oddonis de Rocha de Bute Marsicane diocesis tunc et nunc iuncte matrimonio in facie ecclesie legitime in dicto loco de Rocha per verba contraxerat de presenti, super quo eadem Beata intendebat prefatum Iacobinum convenire divortium petere et eum in causam trahere coram nobis. Verum cum idem Iacobinus in eodem loco de Rocha, seu in civitate vel diocesi Marsicana, ad presens habitare dicatur, discretionem nostram in iuris subsidium de presentibus rogamus quod per vos, vel alium, seu alios, seu per nostras litteras predictum Iacobinum ex parte vestra citare seu facere citari velitis, precipientes eidem ut trigesima die non feriata citationem et processum huiusmodi proxime et immediate sequente suficienter pro primo, secundo, tertio et perentorium terminum compareat Bononie, in episcopali palatio, coram nobis, seu locum nostrum tenenti, cum dicta Beata, vel suo procuratore pro ea super premissis de iustitia responsurus, atque oppositurus, si voluerit, in predictis et causam inchoaturus, tandem ac deinde postmodum suam sive prosecuturus causam huiusmodi et in ea legittime processurus, ac recepturus petitionem eiusdem, ac visurus iurare testes pro eius parte coram nobis producendos in causa predicta, necnon plublicari atestationes eorum et eos, ac eas, si potuerit, reprobare, ac de sui iure improbaturus, et tandem iustam dante domino sententiam recepturus; facturus insuper et recepturus super ipsis quod ordo exigitur rationis, alioquin ea tunc contra eum et super premissis, quantum de iure fuerit procedetur et absentia, seu contumacia non obstante dicte vero his citationis et precepti ac formam et quidquid inde duxeritis faciendum nobis per publicum instrumentum harum serius continens fideliter intimare velitis; in cuius rei testimonium presentes littere fieri fecimus et sigillo vicarii curie episcopalis bononiensis impressione muniri. Datum Bononie, die XVIIJ mensis marcii dominice nativitatis anno millesimo trecentesimo vigesimo primo, inditione quarta, in episcopali palatio.

IV (930).

Ivi, c. 33 *v*.

Ambascieria del comune di Cento al vescovo di Bologna.

Bologna, 1321, 26 marzo.

Prete Iacopo de' Guidoni camerario di Uberto Avvocati vescovo di Bologna, Domenico de' Lorenzi e Verardo di Biagio Centesi riferiscono a detto vescovo intorno ai lavori di riparazione da farsi al

fiume Reno in quel tratto che va dalla terra di Casadio, nella contrada detta Sparadella, o Grilone, o Morafosca, ai contado ferrarese fino al fiume Reno, presso i figli del fu Villano Guastavillani ed altri confini.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo primo, indicione quarta, die vigesimo sexto mensis martii. C. d. presbiter Iacobus de Guidonibus de Lavernasio camerarius venerabilis patris domini Uberti dei gratia episcopi bononiensis et Dominicus de Laurenciis et Verardus Blaxii de terra Centi plebis constituti in presencia dicti domini episcopi personaliter consentientes retulerunt eidem patri horetenus seu de mandato suo, die vigesimo mensis marcii ivisse ad videndum inscriptum laborerium et relationem suam in scriptis fecerunt in quadam cedula, et dixerunt horetenus prout in ipsa cedula ibidem lecta per ordinem continetur. Cuius talis est tenor. . . . .

Actu Bononie, in palatio episcopali, presentibus domino Johanne Manchasola archipresbitero plebis de Cento, domino Andrea de Guantariis de Senis iurisperito, magistro Francisco Capello de Placentia doctore medicine, domino Petro Garineti canonico sancte Marie Maioris et Pucio Vecii testibus vocatis.

V (931).

Ivi, c. 83 *v.* — 34 *r.*

Altra ambascieria del comune di Cento al vescovo di Bologna

Bologna, 1321, 26 marzo.

Prete Iacopo de' Guidoni, Domenico de' Lorenzi e Verardo di Biagio Centesi riferiscono nuovamente al vescovo di Bologna Uberto Avvocati intorno ai lavori di riparazione da farsi al fiume Reno.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo primo, indicione quarta, die vigesimosexto mensis martii. . . . .

Actum Bononie, in episcopali palatio, presentibus domino Iohanne Mancasola archipresbitero plebis de Cento, domino Andrea de Guantariis de Senis iurisperito, magistro Francisco Capello de Placentia et d. Rolando Mancasola de Placentia testibus vocatis.

VI (932).

Ivi, c. 51 *v*.

Promessa di restituzione della somma di lire 80 fatta a Bitino di Vincenzo da Giovanni dall'Aquila canonico Marsicano e Matteo suo fratello scolari a Bologna.

Bologna, 1321, 13 maggio.

Die XIII maii. C. d. Iohannes filius d. Iacobi de Aquila canonicus Marsicanus, c. d. Matteus eius frater ambo scolares bononienses coram dicto domino vicario constituti in iuditio ad requisitionem Bitini condam vincentii civis bononiensis confessi fuerunt et recognoverunt sponte in iuditio se teneri ex causa de pura sorte et gratia speciali idem Bitino in octuaginta libras bononinorum, quam quidem pecuniam sibi solvere promiserunt ipsi et quilibet eorum se principaliter et in solidum obligando eidem in civitate Bononie ad unum mensem proxime venturum. Et sponte rerum certa scientia iuraverunt corporaliter ad sancta dei evangelia, tacto libro, predictam solutionem facere infra dictum terminum eidem creditori; et non exire civitatem Bononie in fraudem creditoris neque comitatum Bononie, sine expressa licentia creditoris eiusdem. Preterea c. d. Iacobus filius condam d. Iacobi de Aquila canonicus eiusdem ecclesie de Balneo presens et mandato dictorum d. Iohannis et Mathei se obligantes sponte et ex certa scientia juraverunt corporaliter ad sancta dei evangelia non exire civitatem Bononie et comitatum sine expressa licentia dicti creditoris, donec eidem creditori, fuerit satisfactum de quantitate predicta. Quibus omnibus et singulis in iudicio coram dicto vicario ipse dictus vicarius precepit eisdem dominis Iohanni, Mathei, Iacobi et Iacobo et cuilibet eorum presentibus, petentibus volentibus, confitentibus in iudicio sponte et volentibus ad requisitionem eiusdem Bitini, et eos sic petentes et volentes monuit pro primo, secundo, tertio et perentorio termino sub excomunicationis pena, quam ex nunc in eos si contrafecerint, iusto tamen impedimento cessante, sententialiter in scriptis protulit quod attendant et observent predicta, et quod infra dictum terminum fidem faciant coram eo vel suo procuratore de dicta solutione. Alioquin, nulla de eis citatione precedente, procedet contra eos ad faciendum eos denuntiare excomunicatos et periuros, et alia ut ei videbitur procedendum ad requisitionem dicti Bitini. Hoc pacto inito specialiter inter dictas partes, quod si dictus Iohannes et Matteus ac dicti Iacobus et alter Iacobus, vel quisquis

eorum voluerit eque bonum alium loco suo subrogare, qui modo simili ut in presenti contractu, seu precepta, vel sententia continetur se obligare promittere et iurare voluit, ipse Bitinus teneatur admittere subrogatum et qui subrogaverit teneatur Bitinus predictus licentiam concedere quod a civitate et diocesi Bononie se valeat absentare, nec ad predicte sententie et iuramenti prestiti nexus stringatur.

Actum Bononie, in episcopali palacio, presentibus Ubertino de Zenevreto de Placentia, Petro Alberti Matasellani, Iohanne Iacobi, Ballino Aldrovandini testibus vocatis.

Dictis anno et inditione dictus d. Iacobus Gualterii in presentia dicti vicarii et presante dicto Bitino creditore, subrogavit loco sui in predictis d. Matheum condam magistri Nicole de Aquila nunc scolarem Bononie, presentem, confitentem et volentem; qui d. Matheus iuravit ut supra iuraverunt dictus Iacobus et prefatus d. Iohannes ita eum confitentem et in se sponte suscipientem monuit perentorie et ex certis in eum sponte suscipientem et volentem, si contrafecerit tamen impedimento cessante procedet sententialiter et in scriptis. In episcopali palatio, presentibus Bartolomeo Zençanini, Lanfranco Petri Bonandree et Petro Alberti Matasallani testibus.

VII (933).

Ivi, c. 63 *v*.

Contratto di mutuo fra Bliobarigi Azzoguidi Dottore di leggi e il rettore della chiesa di s. Nicolò degli Albari di somma occorrente all'acquisto di una casa e della metà di una torre.

Bologna, 1321, 8 giugno.

Die octavo mensis iunii. Constitutis in iudicio coram dicto domino Rogerio vicario dominis Blioberisio de Açoguidis milite et legum doctore ex parte una et presbitero Francisco rectore ecclesie sancti Nicolay de Albaris de Bononia et Canonico plebis s. Geminiani de Marano ex parte altera. Idem presbiter Franciscus sponte et ex certa scientia recepit ex causa mutui ab eodem domino Blioberisio de pura sorte et gratia speciali centum libras bononinorum in pecunia numerata convertendas in solucione pretii cuiusdam domus balchionate cum solo et edificio et curia et cum medietate cuiusdam turris, que coherit ipsi domui a latere domus et medietate curie que est ante ipsam domum, quam emit pretio ccc. libr. bon., positam Bononie, in capella s. Senisij, iuxta vias publicas a duobus lateribus, iuxta Rolandum Zardini fornarium, iuxta Thoma-

sinum Iuliani piscatorem. Et eamdem pecunie quantitatem solempni scriptura promisit dicto domino Blioberisio pro se et suis heredibus stipulanti, reddere et restituere sibi in civitate Bononie, omni exceptione iuris et facti remota, hinc ad festum sancte Marie mensis Augusti proximo venturi. Et pro hiis observandis obligavit ex tunc eidem domum predictam et generaliter omnia bona sua presentia et futura. Quibus omnibus et singulis idem dictus dominus vicarius suam et episcopatus Bononie auctoritatem et decretum interponens pre ente, volente, confitente in iudicio et consentiente dicto presbitero Francisco precepit eidem ipsiusque nomine pro primo, secundo, tercio et perentorio termino quod predictam quantitatem pecunie solvat eidem dicto Blioberisio infra terminum predictum et attendat et observet predicta sub excomunicatione predicta.

Actum Bononie, in episcopali palatio, presentibus domino Thomaxio Angelini decretorum doctore, Bitino notario suo fratre, Bencevenne Lambertini de Castrofranco, Petro Carbonis Hermanni, Alberto condam domini Petri de Prendipartibus testibus vocatis et rogatis.

VIII (934).

Ivi, c. 68 *r*.

Giovanni da Bolzano pievano di Merano scolaro in Bologna nomina suoi procuratori Alberto Atti Mezzavita, Dionisio da Bressanone ed altri.

Bologna, 1321, 21 giugno.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo primo, inditione quarta, die vigesimo primo mensis iunii. C. venerabilis vir dominus Iohannes de Boxano plebanus in Merano diocesis brixinensis scolarus Bononie commorans, ex certa scientia et sponte fecit, constituit et ordinavit c. venerabilem virum dominum Henricum Inerhenum ecclesie sancti Michelis de Duxina c. d., Albertum Actum Mediavita et d. Dionisium cives Brixine absentes tanquam presentes, quilibet eorum in solidum, ita quod non sit melior condicio occupantis et quod unus eorum alterius possit prosequi et facere suos veros et legitimos procuratores et ceteros nuntios specialiter ad petendum, exigendum et accipiendum quidquid sibi ratione dicti sui beneficii, seu prelature et prebende, et ex quacumque alia causa, debetur et in futurum debebitur ex quocumque titulo, seu modo et ad absolutionem deliberandam facere geratur absque liberationem, transationem, impositionem et pacis de ulterius non petendo faciende, de omni lite, questione et discordia, compro-

mittens in arbitrum seu arbitratorum unum vel plures de iure et de facto ad arbitrium eorum et cuiusque ipsorum . . . .

Actum Bononie, in episcopali palacio Bononie, presentibus domino Ulrico preposito ecclesie sancte Marie de Brixino scolare Bononie, d. Alexandro de Commerario clerico et notario domini episcopi Bon., Rogerio Cavalcantis et Paulino Vitalis de Bononia testibus vocatis.

IX (935).

Ivi, c. 71 *v*.

Citazione per pagamento fatta da Bernardo del fu Rolando Foscarari ad Ubaldino arciprete d'Anzola.

Bologna, 1321, 2 luglio.

Il vicario del vescovo di Bologna ordina ad Ubaldino arciprete della Pieve d'Anzola di restituire a Bernardo del fu Rolando Foscarari lire 50 di bolognini ricevute a titolo di mutuo.

Die secunda iulii. Dictus dominus vicarius precepit personaliter domino Ubaldino archipresbitero plebis de Unçola. . . . .

Actum Bononie, in episcopali palatio, presentibus domino Thomasino Angelini decretorum doctore, Francisco domini Mascaronis, Rombolino d. Gerardi de Rumbolinis et Iohanne domini Pauli notario testibus.

X (936).

Ivi, c. 76 *v*.

Citazione per pagamento contro Sinibaldo Bendini da Prato scolaro a Bologna.

Bologna, 1321, 16 luglio.

Rogerius Cacia canonicus Placentinus venerabilis patris domini Uberti dei gratia episcopi Bononiensis vicarius generalis discreto viro Domino Albiço olim domini Coradi de Luca canonico ferrariensi et plebano plebis sancte Marie de Pissia Lucane diocesis ac Lucano canonico, scolari Bononie commoranti salutem in domino. Cum alias ex certa scientia in nostra presencia constituti ad requisitionem domini Sinibuldi Bendini de Prato scolaris bononiensis, sponte confessi fueritis recepisse mutuo ab eo centum sexaginta florenos boni et puri auri, contracto occasione litis et cause quam hactenus habuistis cum capitulo ferrariensis ecclesie super canonicatu et prebenda ipsius ecclesie ferrariensis necnon pro quibusdam aliis expensis et contra-

ctibus vobis in bononiensi studio oportunis. Et vobis petentibus, volentibus et sponte in iuditio appellantibus precepimus quod ad certum terminum iam elapsum eidem creditori vestro debeatis solvere dictam pecunie quantitatem, sub excomunicationis pena, quam ex tunc in vos petente et volente, si contrafeceritis, iusto tamen impedimento cessante, protulimus sententialiter in scriptis, quodque infra dictum terminum et perenniter fidem facere deberetis coram nobis faciendo citari dictum dominum Sinibaldum ad hoc videndum qualiter satisfaceritis de predictis, alioquin, nulla alia citatione facta de vobis, facentes vos excomunicatum publice nuntiari, contra vos nichillominus insuper sicut de iure fuit processum, prout in actis curie continetur. Eapropter comparere, dicto creditore vestro et affirmante, coram nobis de predicta summa petita sibi nullatenus satisfactum, ad ipsius instantiam volentes dictum preceptum sive sententiam, si ita est ut asserit ipse creditor, debite executioni mandare; vos de benignitate requirimus, admonendo quatenus usque ad tres dies a presentatione presentium, vel ab eorum certa noticia habita computandos, quem terminum pro primo, secundo, tercio et perentorio termino assignamus, coram nobis fidem facere debeatis, si solvisses, eidem creditori feceritis summam dictam, vel quare non solvisses, compareatis, legittime de vestris iuribus ostensuri. Si vero contumaces fueritis, declarabimus et denuntiabimus vos ob predicta, ex forma ipsius precepti, seu sententie excomunicationis vinculo innodatos et mandabimus vos excomunicatos publice nuntiari per ecclesias civitatis Bononie et alibi, ubi nobis videbitur expedire, et alia que vos et vestra; et ad executionem dicti precepti et sententie, sicut de iure fuerit, ad dicti creditoris instantiam procedemus; vobis ulterius minime requisitis, hac litteras fecimus registrari vicarie nostre munimine roboratas. De quarum presentacione vobis facienda earum latore Rogerio Cavalcantis nuncio nostro iurato dabimus plenam fidem.

Datum Bononie, in episcopali palatio, die XVI iulii, inditione quarta.

XI (937).

Ivi, c. 78 *r.*

Obligazione per restituzione di mutuo a favore di Corrado di Ehrenfels canonico d' Augusta e scolaro nello Studio bolognese; relativa citazione per mancato pagamento, e sentenza di scomunica.

Bologna, 1321, 27 luglio.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo primo, inditione quarta, die vigesimo septimo mensis iulii. Se coram dicto domino vicario presentaverunt et pro-

duxerunt de publica forma cuiusdam instrumenti publici, quod incipit. In Christi nomine, anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo, inditione tercia, die vigesimo mensis septembris, cum hoc sit quod dominus Coradus de Ernuels (1) canonicus Augustensis, scolaris bononiensis, receperit mutuo quadraginta libras bononinorum a domino Nicolao preposito Monasteriensi scolare bononiense, quam quantitatem pecunie ipsi domino Nicolao restituere promisit in festo nativitatis domini proxime venture. Et pro ipso ac ipsius precibus et mandati dominus Henricus Vislerius (2) ac dodominum Nicolaum fideiusissent in totum dictus dominus Coradus de Erenuels in presentia reverendi viri domini Rogerii Cacie canonici placentini, venerabilis patris domini Alberti dei gratia episcopi Bononiensis vicarij generalis personaliter constitutus, volens agnoscere bonam fidem, dixit et confessus fuit quod predicta quantitas pecunie XL librarum ad ipsum dominum Coradum de Erenuels tantummodo pervenit et non ad prefatos dominos Henricum et Coradum de Ratempach. Et quod ipse dominus Henricus et Coradus in dicto debito ad ipsius preces et instantiam se obligaverunt. Quapropter promisit solempniter eisdem dominis Enrico et Corado legitime et solempniter stipulando ipso et eorum quemlibet de prefato debito XL librarum obligatione et promissione per eos hac de causa factas ac expensis, dampnis et interesse conservare penitus sine dampno nec non continenter predictum solvere creditori prefato ad terminum supradictum etcetera. Cui domino (4) et finit sic: cui domino Corado debitori peteri, volenti, confitenti.

Dicta die idem dominus vicarius, ad instantiam predictorum et Rogerio Cavalcantis publico nuntio dicte curie quod vadat et citet dictum dominum Corado de Erenuels ad hospitium solite habitationis sue Bononie, quod hodie in vesperis compareat coram eo ipse, vel alius pro eodem, si voluerit contradicere ne per ipsum dominum vicarium, ad instantiam predictorum procedatur ad excomunicationem, vel alia sicut de iure ob predicta. Et quod etiam vadat per civitatem Bononie et requirat scolares de natione dicti domini Conradi, et eis notificet citationem habitam.

(1) Corrado di Ehrenfels, o Ernvels canon. di Augusta è ricordato negli *Acta Nationis Germanicae* dal 1319 al 1337. Cfr.: KNOD G. C. *Deutsche Studenten in Bologna* (Berlin, 1896, p. 106).

(2) Cfr. op. cit, pag. 600, n. 4001, ov'è nominato: *Henricus Vislarius, Viselerius, o de Viselere.*

(3) Forse: *Reichenbach*, o *Richenbach*.

(4) Leggevasi: *Corado debitori*, che fu poi cassato.

Dicta die retulit dictus nuntius se hodie mane ivisse ad dictum hospicium et publice citasse eumdem dominum Corradum, iuxta formam dicte commissionis sibi facte. Et similiter inter plures scolares et familiares eorum, nationis ipsius, quos invenit Bononie notificasse citationem eamdem.

In Christi nomine amen. Nos Rogerius Cacia canonicus Placentinus, vicarius generalis reverendi patris domini Uberti dei gratia episcopi Bononiensis. (1) Cum dudum dictus Coradus de Erenuels canonicus Augustensis, scolaris Bononie receperit summam XL librarum bononinorum a domino Nicolao preposito Monastenensi scolare bononiense, quam quantitatem pecunie ipse domino Nicolao restituere promisit certo termino iam elapso. Et pro ipso ac ipsius precibus et mandatis dominus Henricus Vislerius et dominus Conradus de Ramtepach tunc scolares Bononie, apud dictum dominum Nicolaum fideiussissent in totum, et propterea dictus d. Coradus de Erenuels in nostra presentia personaliter constitutus, volens agnoscere bonam fidem, dixerit et confessus fuerit quod dicta quantitas pecunie ad ipsum dominum Coradum de Erenuels tota pervenit et non ad prefatos dominos Henricum et Coradum de Rantepach, et quod ipsi d. Henricus et Coradus in dicto debito, ad ipsius preces et instantiam, se obligaverunt et promiserunt in solidum dominis Henrico et Corado ipso et eorum quemlibet a prefato debito XL librarum bononinorum obligatione et promissione per eos hac de causa facta, ac expensis, dampnis et interesse conservare penitus sine dampno et quantitatem predictam solvere creditori prefato ad terminum suprascriptum, nosque eidem domino Corado debitori petenti, volenti, confitenti et mandatum in iudicio sponte recipienti et se et sua bona iuditio et iurisdictioni nostre et curie episcopalis Bononiensis spiritualiter et temporaliter supponenti, ex certa scientia, preceptibus, et ad hoc eumdem monentibus pro primo, secundo, tertio termino perentorio, et sub excomunicationis pena mandantibus quatenus attendatur, adimpleatur et effectui mandetur omnia et singula suprascripta sua promissione contenta, et tunc sibi termino supradicto nobis fidem faceret quod attenderit, adimpleverit et effectui mandaverit omnia et singula suprascripta. Aliter ex tunc nobis idem d. Coradus de Erenuels dedit et concessit liberam potestatem et plenum arbitrium contra eum procedendi ad requisitionem et instantiam predictorum fideiussorum et cuiulisbet eorum, ad excomunicationis sententiam, et alia, prout nobis videbitur, omnibus citationibus et iuris solempnitatibus pretermissis. Ut hoc et alia plenius in instantia et precepto super

(1) « Vicarius generalis » ripetuto nell' originale.

hiis confecta manu Michaelis Bonaventure de Zagnonibus de Argile dicte curie episcopalis Bononiensis notarii continentur. Cumque dictus d. Coradus fideiussor principalis persona, et procurator dicti domini Henrici alterius fideiussor coram nobis proposuerit predictum deminum Coradum de Erenuels non soluisse dicto creditori dictam pecunie quantitatem, nec observasse predicta, et instantiam pervenerit contra eum procedi ad excomunicationem, nos tamen ad cautelam eumdem d. Coradum debitorem ad hospicium solite habitationis sue citari fecimus et citationem ad notitiam scolarium sue nationis existentium Bononie deduci quod certo sibi prefixo termino compareret coram nobis facientibus fidem si observasset predicta, nec quisquam comparuit pro eodem.

Instantibus insuper de novo dictis, d. Corado fideiussore et procuratore dicti domini Henrici, eumdem per Coradum per nos excomunicatis, ex forma dicti nostri precepti, visis et examinatis omnibus suprascriptis, et forma dicti nostri precepti, quia ipse Coradus debitor de satisfacione predictorum nullam fidem nobis fecit, prefatum Conradum de Erenuels in his scriptis pro tribunali sedentes, excomunicationis vinculo innodasset et a gremio sancte matris ecclesie separamus, mandantes eum excomunicatum publice nuntiari, et tanquam excomunicatum ab omnibus evitari donec ad mandata ecclesie reddiens absolucionis beneficium meruerit obtinere et satisfecerit ut tenetur.

Lata et pronuntiata fuit dicta sententia per dictum dominum vicarium pro tribunali sedente in palacio episcopali Bononie iuridico, sub anno nativitatis domini millesimo trecentesimo vigesimo primo, inditione quarta, die vigesimo septimo mensis iulii, presentibus et requirentibus dicto domino Corado de Ratenpach et Thoma Petri Tranchedi procuratore procuratorio nomine dicti domini Henrici Vislerii. Et presente domino Bartholomeo Zençanini notario episcopalis curie bononiensis, Rogerio Cavalcantis, Iohanne Iacobi, Dominico Arienti, Bonçanino Benvenuti, Ubertino de Genevreto familiare dicti domini episcopi Bononiensis testibus vocatis.

XII (938).

Ivi, c. 81 *v*.

Quietanza di pagamento per restituzione di mutuo fra Sinibaldo Bonamati di Prato e Albizzo Brancasecca di Lucca scolari.

Bologna, 1321, 4 agosto.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo primo, inditione quarta, die quarto mensis au-

gusti. D. Simbuldus olim Baudini domini Bonamati de Prato scolaris bononiensis in presencia venerabilis viri d. Rogerii Cacie Canonici placentini, vicarii generalis reverendi patris domini Uberti dei gratia episcopi Bononiensis constitutus, fuit confessus et contentus se habuisse et recepisse et sibi integre datas, solutas, muneratas et traditas esse a domino Albiço condam domini Coradi Branchaseche de Luca canonico ferariense et plebano plebis sancte Marie de Pissia lucensis diocesi scolare bononiensi centumsexaginta florenos auri boni, puri et iusti ponderis, ad pondus bononiense, quos dictus dominus Albiçus eidem domino Simbuldo solvere tenebatur ex causa mutui, ex instrumento, seu precepto per ipsum dominum vicarium sibi facto, scripto manu mei Bernardi notarii facto presenti anno et indicione, die nono innuarii proxime elapsi. Mandans et volens dictum instrumentum et preceptum et quicquid in eo continetur fore cassum, vanum, irritum, inefficax et cancellatum et nullius valoris atque moniti, et absolvit et liberavit eumdem a dicto debito et omnibus et singulis que ratione ipsius petere et exigere posset sibique pactum de ulterius non petendo fecit et finem, quietacionem, absolucionem et liberationem perpetuam; paciscens et conveniens solempni stipulatione per se et suos heredes eidem domino Albiço pro se et suis heredibus et successoribus stipulante, perpetuo ratione dicti instrumenti et precepti seu debiti eiusdem non inquietare, gravare, vel molestare eum, vel eius heredes et successores aut bona, quodque etiam nulli alii cessit iura et actiones contra eum in debito antedicto et quod vere creditor erat tempore solucionis sibi facte predicte. Respondens etiam exceptionis non munerate, non tradite et non solute dicte pecunie quantitates florenorum excepto doli condicioni sive causa in factum actionis et omni alio, legis et iuris caxu. Quam confessionem, absolutionem, liberationem et omnia et singula supra et infrascripta promisit dictus dominus Simbuldus per se et suos heredes et successores, dicto domino Albiço per se et suos heredes et successores stipulans perpetuo firma et rata habere et tenere, conservare et in nullo contrafacere vel venire per se vel alios, aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto, sub pena dupli dicte pecunie quantitatis stipulatione premissa; qua soluta, vel non, dicta semper firma sint et rata. Item reficere et restituere sibi omnia et singula, dampna, expensa, interesse que et quos fecerit et substinuerit in iuditio et extra occaxione predictorum. Pro quibus omnibus et singulis firmiter observandis obligavit omnia sua bona.

Actum Bononie, in episcopali palatio, presentibus dicto domino vicario ut supra et presentibus fratre Giliolo de Placentia, fratre Iohanne de Povolano canonicis regularibus monasterii sancti Georgii prope Ferrariam, Thoma Petri Tranchedi notario, Bartolomeo Zença-

nini notario, Phylippo d. Iohannis Grognolini testibus vocatis et rogatis, cognitis a me notario.

XIII (939).

Ivi, c. 81 *r*.

Assoluzione da scomunica contro Albizzo Brancasecca di Lucca, canonico ferrarese e scolaro a Bologna per debito contratto con Sinibaldo Bonamati di Prato pure scolaro.

Bologna, 1321, 4 agosto.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo primo, inditione quarta, die quarto mensis augusti. Ad presenciam venerabilis viri domini Rogerii Cacie canonici Placentini vicarii generalis reverendi patris domini Uberti dei gratia episcopi Bononiensis, dominus Symbuldus olim Bandini d. Bonamati de Prato et dominus Albiçus condam d. Coradi Branchaseche de Luca canonicus ferariensis et plebanus plebis sancte Marie de Pissia Lucane diocesis scolares bononienses infrascripta de causa specialiter accedentes ipse dominus Simbuldus ex certa scientia et non per errorem, dixit, voluit et consensit quod ipse dominus vicarius possit eumdem dominum Albiçum absolvere ab excomunicacionis sententia per ipsum dominum vicarium in eumdem dominum Albiçum lata ex eo quod ipse dominus Albiçus sponte in iudicio confessus et monitus quod deberet ipsi domino Simbuldo ad dictum terminum iam elapsum solvere CLX florenos auri, quos ab eo confessus fuit mutuo recepisse et fidem desolutione facere coram ipso vicarii fideiussore, nec solvit, nec si forte solvisset, fidem fecit ut debuit et etiam ad hoc citatus, et requisitus nullatenus coram ipso vicario comparere curavit, prout constat ex precepto, sententia et scripturis super hiis editis manu mei Bernardi notarii scriptis. Dictus vero dominus Albiçus humiliter et devote ab eodem domino vicario petiit instanter sibi ab eodem excomunicacionis vinculo absolucionis munus impendi. Qui dominus vicarius, post hec, eumdem dominum Albiçum sic petentem de consensu dicti domini Simbuldi ibidem presentis ab excomunicacionis sententia huiusmodi, recepto ab ipso sacramento de stando et petendo mandatis ecclesie et ipsius vicarii ratione dicta excercens absoluit solemniter iuxta formam ecclesie consuetam, imposita sibi ob predicta penitencia salutari. Et mandavit eum absolutum fore publice nuntiante per ecclesias et loca in quibus fecit ipse dominus Albiçus nomine predictorum excomunicatus public nuntiatus.

Acta sunt hec Bononie in episcopali palatio, presente fratre Giliolo de Placentia, fratre Iohanne de Povolano canonicis Bononiensibus, monasterii sancti Georgii prope Ferrariam et Gerardo de Serçano de Placentia familiare domini episcopi Bononiensis testibus vocatis et rogatis.

XIV (940).

Ivi, c. 83 *r*.

Presentazione di lettera di Ugolino d'Alessandro da san Pietro al vicario del vescovo di Bologna.

Bologna, 1321, 12 agosto.

Ugolino d'Alessandro da s. Pietro chiede al vicario generale del vescovo di Bologna di non essere molestato nel possesso di una sua casa nel Borgo san Pietro, sotto la parrochia di s. Maria della Mascarella, causa un debito per dazio che aveva contratto con Nicolò del fu Pietro dalla Paglia.

Rogerius Cacia canonicus placentinus Reverendo patri domino Uberto dei gratia Bononiensi . . . .

. . . .

Die duodecimo mensis augusti magister Henricus condam Gerii da Musello scolaris bononiensis presentavit suprascriptas litteras domino Lanfranchino suprascripto in domo habitationis sue, posite Bononie iuxta domos illorum de Matuglianis et iuxta viam publicam, presente Francisco condam d' Alberti de Bonachatis, Iohanne de la Choca et Brunello Beroaldi.

XV (941).

Ivi, c. 93 *r*.

Locazione d'una pezza di terra a' Dogliolo concessa da Uberto Avvocati vescovo di Bologna a Tommaso da Fiesso.

Bologna, 1321, 16 settembre.

Il vescovo di Bologna Uberto Avvocati dà in affitto a Tommaso del fu Donadio da Fiesso della parrocchia di S. Leonardo una pezza di terra a Dugliolo, nel luogo detto Campana e Mezolara, presso Brunino de' Bianchi, Monso de' Sabbadini e gli eredi di Iacopo Benti-

voglio, con varii casamenti, per la durata di dodici anni e per il prezzo di 60 lire all' anno.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo primo . . . . .

Actum Bononie, in episcopali palatio, presentibus domino Gerardino de Roço canonico placentino, d. Iacobo de Bononia canonico Forliviense, magistro Iacobo de Faxarolis de Placentia doctore medicine, d. Alexandro Egidii de Guercino notario dicti domini episcopi et Martino Laurentii de Gallerata clerico testibus vocatis et rogatis, et Bartholomeo Zençanini notario. Ego Bernardus cognovi contrahentes predictos.

ATTI DEL NOTAIO

LENZIO O LORENZO COSPI

PER CURA

DEL DOTT. LODOVICO FRATI

Lenzio, o Lorenzo, Cospi fu figlio di Paolo di Lazzarino, Dottore di legge canonica e lettore di Decretali nel 1304 e 1307. Fu creato notaio il 19 dicembre 1328 e dal 1336 esercitò nella curia vescovile il suo ufficio fino al 1373. Abitò sotto la parroccchia di S. Maria degli Uccelletti, e fu correttore de' notai nel 1363. Morì nel 1374.

I suoi atti notarili sono contenuti in sedici protocolli dell'anno 1334 al 1373; il primo, che va dal 1334 al 1341 misura mm. 320 × 224, gli altri protocolli sono in formato più piccolo, fra un massimo di mm. 155 × 120, ed un minimo di mm. 135 × 103.

XVI (942).

Prot. 1°, 1336-1341, volume cartaceo, mill. 320×224, di carte 211, legato in pergamena, c. 1 *v.* — Originale.

Assoluzione concessa a Vezzosa del fu Guido conte di Casalecchio da un debito lasciato dal defunto suo marito.

Bologna, 1336, 1 luglio.

Vezzosa del fu Guido conte di Casalecchio confessa a Gerardo penitenziario di Bertrando vescovo di Bologna che il defunto suo marito Paolo avevale manifestato prima di morire di avere indebitamente ricevuto *de male ablatis* lire 150 di bolognini e che voleva fossero restituite. Essa promette di pagare questa somma sulla propria dote fra sei mesi.

[In Christi nomine amen. Anno] nattivitatis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo sexto. Die primo mensis iulii. . . . .

Actum Bononie, in episcopali palatio Bononie, in camara dicti patris, presentibus discretis viris d. Iohanne Caldarini decretorum doctore, Blancolino cond. d. Brunini Blanchi Cose, Bertholino Bolognini de Fagnano, Francisco condam Ricardini de Ponticlo capelle sancti Stephani, Francisco Paxi Leltani de Florentia et Galvano Petri de Petracoloria ac Petro Bologniti de Fagnano testibus ad predicta vocatis et rogatis.

Et ego Lentius condam domini Pauli doctoris decretorum Bononiensis civis, publicus imperiali auctoritate notarius et nunc curie episcopalis Bononiensis et dicti patris notarius et scriba predictis omnibus et singulis interfui et ea mandato ipsius patris publice scripsi et signo meo consueto signavi et scripssi, quia eram etiam rogatus scribere.

XVII (943).

Ivi, c. 5 *r*.

Contratto di noleggio di un bue tra Francesco del fu Giardino e Baldo priore di s. Ambrogio e Aimerico Dondi.

Bologna, 1336, 23 agosto.

Francesco del fu Gardino bolognese, abitante a Pianoro, dà in soccida per lavorare la terra con la metà del lucro e del danno un bove rosso, colle corna aperte ed alte, del valore di 11 lire a Baldo del fu Filippuccio priore della chiesa di s. Ambrogio in Bologna e ad Aimerico, detto Meuzio, del fu Pietro già Dondi di Corticella, ricevendo in compenso sei corbe di frumento.

Die XXIII mensis augusti . . . .

Actum Bononie, sub portichu domus habitationis d. Leonardi de Ianua canonici Bononiensis, presentibus magistro Francisco condam magistri Alberti medici de Bononia, qui se asseruit contrahentes cognoscere, Paulo Simonis çubonerio c. s. Marie Maioris et Ranutio Açolini capelle s. Andree de Platisiis testibus vocatis ad predicta.

Eodem die, loco et presentibus testibus suprascriptis, dictus, supradictus Aymericus promixit dictum fratrem Baldum, ad dicta promissione et omnibus et singulis in presenti instrumento contentis conservare indempne sub omnium suorum obligatione bonorum.

XVIII (944).

Ivi, c. 5 *v*.

Presentazione al vescovo di Bologna di prete Giovanni del fu Braccio Orlandi di Firenze, studente in diritto canonico, etetto rettore della chiesa di s. Maria Scolastica in via san Mammolo.

Bologna, 1336, 13 settembre.

Die XIII mensis setembris.

Universis presens instrumentum publice inspecturis pateat evidenter quod cum venerabilis vir dominus Iohannes, dictus Paduanus de Boemia Clomucensis et Visagradensis ecclesiarum canonicus, rector universitatis scolarium ultramontanorum iuris canonici et civilis Studii bononiensis, ad quem rationem dicti officii rectoratus electio et pre-

sentatio rectoris ad ecclesiam sancte Marie Scolastice de burgo sancti Mame Bononie dignoscitur pertinere, ad dictam ecclesiam sancte Marie vacantem nominaverit et elegerit, in presentandum ad rectoriam predicte ecclesie providum virum presbiterum Iohannem, natum olim Bratii Orlandi de Florentia studentem Bononie in iure canonico. Ideoque volens prefatus d. Iohannes rector dicte universitatis negotium nominationis et electionis expediri, prout postulat ordo iuris, fecit, constituit et ordinavit dominum Symonem ministrum ecclesie Pragensis ibidem presentem, et huiusmodi mandatum sponte suscipientem, suum procuratorem, factorem et nuntium specialem et quicquid melius esse potest, specialiter ad presentandam predictam electionem ac dictum presbiterum Iohannem nominatum et electum reverendo in Christo patri domino episcopo Bononiensi, aut eius vicario, vel vices gerenti, seu cuicumque alteri persone a predictis dominis episcopo, vel vicario ad hoc deputate, vel deputande, vel alteri cuicumque foret presentatio huiusmodi fatienda potestatem habenti dictam electionem, seu presentationem admittere, confirmare et instituere, et que ad hoc spectant negotium exercere. Et ad omnia et singula fatiendum, que in predictis et connessis accessoriis et dependentibus ab eisdem fuerint opportuna, etiam si mandatum exigant specialem, et que ipse constituens, si presens esset, facere posset. Promitens se firmum, ratum et gratum perpetuo habiturum quicquid gestum fuerit per dictu suum procuratorem, in predictis et quolibet predictorum, sub omnium suorum obligatione bonorum.

Actum Bononie, in cappella sancte Marie de Muradellis, in domo, habitationis dicti d. rectoris, presentibus discretis viris d. presbitero Iohanne rectore ecclesie sancte Marie de Duiolo bononiensis diocesis, d. Federico nato summi doctoris d. Iohannis Andree decretorum doctoris, et Cristano de Plaga familiare dicti d. rectoris, testibus ad predicta vocatis et rogatis.

XIX (945).

Ivi, c. 6 *r*.

Permuta di beneficî ecclesiastici fra prete Giovanni Gerardi e prete Pino del fu Filippino.

Bologna, 1336, 19 settembre.

Prete Giovanni del fu Pietro Gerardi rettore della chiesa di s. Maria di Dugliolo e prete Pino del fu Filippuccio rettore della chiesa di s. Maria delle Muratelle permutano alcuni benefici temporali e spirituali, alla presenza di Guido vicario vescovile.

Die XVIII mensis setembris, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri Benedicti pape XIJ, anno secundo. . . . . .

Actum Bononie, in domo fratrum predicatorum, sita iuxta domum domini Ferariensis episcopi, presentibus discretis viris domino Iacobo nato d. Theobaldi de Suardis de Pergamo scolari in Studio bononiensi, Marino condam Avantii de Tridento, Paganino condam Çuchi de Bononia c. s. Iacobi de Carbonensibus, Bartholomeo Egidii de Bononia capelle sancti Nicolai de Albaris, Iohanne condam Alberti de Regio, et domino Phylippo condam Albertini de Baixio de Regio testibus ad predicta vocatis et rogatis.

XX (946).

Ivi, c. 6 *r.*

Immissione del prete Pino del fu Filippuccio in possesso della chiesa di s. Maria di Dugliolo.

Bologna, 1336, 19 settembre.

Guido vicario del vescovo di Bologna immette nel possesso della chiesa di s. Maria di Dugliolo prete Pino del fu Filippuccio rettore della chiesa di s. Maria delle Muratelle.

Die predicta XVIIII mensis setembris. . . . .

Actum Bononie, in domo fratrum predicatorum, iuxta domum domini Ferrariensis episcopi, presentibus domino Phylippo condam Albertini de Baixio de Regio, domino Iacobo de Suardis de Pergamo scolari bononiensi in Studio bononiensi et Paganino condam Çuchi de Bononia c. s. Iacobi de Carbonensibus testibus.

XXI (947).

Ivi, c. 10 *r.*

Difesa dell' abate Iacopo di s. Stefano contro le accuse del vescovo di Cesena.

Bologna, 1336, 17 ottobre.

Giovanni dalla Valle procuratore dell' abate di s. Stefano si dichiara pronto a difendere detto abate Iacopo contro le accuse mossegli dal vescovo di Cesena nella visita fatta al monastero di s. Stefano.

Die XVII mensis octubris. . . . .

Actum Bononie, sub porticu domus ecclesie, seu monasterii predicti sancti Stephani Bononie, presentibus discretis viris d. Arnaldo

de Cadris et domino Henrico ambobus de provintia scolaribus in Studio bononiensi, in iure civili, et Iohanne Iacobi de Bononia capelle sancte Marie de Oxilitis testibus ad predicta vocatis et rogatis.

XXII (948).

Ivi, c. 10 *v*.

Concessione di patronato della chiesa di s. Maria de' Riosti a Guido di Tommaso Ariosti.

Bologna, 1336, 31 ottobre.

Concessione di patronato della chiesa di S. Maria de' Riosti, fatta da Guido e Francesco di Ramberto Ariosti a favore di d. Guido di Tommaso Ariosti.

Die vigesimoprimo mensis octubris. . . . .
Actum Bononie, in monasterio sancti Proculi, ad banchum iuris presentibus discretis viris d. Federico nato summi doctoris domini Iohannis Andree decretorum doctoris, Bartholomeo Zençanini, Guillelmo Bernardi de Lamola notario de Bononia et Iohanne de Bononia testibus ad predicta vocatis et rogatis.

XXIII (949).

Ivi, c. 13 *v*.

Promessa di pagamento fatta da Francesco Mascaroni a Zerio Lapi.

Bologna, 1336, 31 ottobre.

Francesco del fu Domenico Mascaroni notaio della parrocchia di s. Andrea degli Ansaldi promette a Zerio di Giovanni Lapi di Firenze della parrocchia di s. Tecla in Portanova di pagare 40 soldi veneti grossi in cambio di 40 lire di bolognini ricevuti dal medesimo.

Die ultimo mensis octubris . . . .
Actum Bononie, in monasterio sancti Proculi, in claustro superiori, ubi ius ad presens redditur curie episcopalis Bononiensis, presentibus dominis Dominico Petri Roxelli, Iacobo filio magistri Iuliani de Priontis de Bononia iurisperitis, Michaele Francisci notario. Naximbene filio Bini de Predalbino et magistro Bençevenne magistri Iohannis medici, qui se asseruit cognoscere contrahentes, testibus vocatis et rogatis.

XXIV (950).

Ivi, c. 15 *v*.

Nomina di Guglielmo da Pizzano a procuratore del vicario del vescovo di Bologna.

Bologna, 1336, 9 novembre.

Guido vicario del vescovo di Bologna nomina Guglielmo del fu Guizzardo da Pizzano suo procuratore e nunzio speciale per ogni lite, questione e controversia che potesse avere con qualunque persona.

In Christi nomine amen, nativitatis eiusdem anno millesimo trecentesimo trigesimo sexto, inditione quarta, die nono mensis novembris. . . . .

Actum Bononie, in monasterio sancti Proculi, presentibus domino Federico nato domini Iohannis Andree decretorum doctoris, Guillelmo Bernardi de Lamola notario Bononiensi, qui se dixerunt constitutum et constituentem cognoscere, et Bonacursio familiare dicti d. vicarii, testibus ad predicta vocatis et rogatis.

XXV (951).

Ivi, c. 17 *v*.

Licenza di testare concessa a prete Domenico rettore di s. Cassiano di Rignano.

Bologna, 1336, 16 novembre.

Il vicario della curia vescovile di Bologna concede licenza di testare a don Domenico rettore della chiesa di s. Cassiano di Rignano.

Die vero sabati XVI mensis novembris. . . . .

Actum Bononie, in monasterio sancti Proculi, presentibus magistro Philippo de Bononia doctore fixice, Bartholomeo Zençanini notario curie episcopalis et Corsello domicello dicti d. vicarii testibus ad predicta vocatis et rogatis.

XXVI (952).

Ivi, c. 18 *v*.

Immissione del prete Pietro Martelli nel possesso della chiesa di s. Maria di Malfolle.

Bologna, 1336, 18 novembre.

Guido vicario della curia vescovile di Bologna immette prete Pietro Martelli, eletto rettore della chiesa di s. Maria di Malfolle della diocesi di Bologna, nel possesso di essa.

Die lune decimo octavo mensis novembris . . . .
Actum Bononie, in Monasterio sancti Proculi, presentibus discretis viris presbitero Iohanne cappellano in ecclesia sancti Petri Maioris Bononie, d. Federico nato d. Iohannis Andree decretorum doctoris, d. Iacobo filio magistri Iuliani de Priontis et Bartholutio Zenzanini notario ad predicta vocatis et rogatis.

XXVII (953).

Prot. 1°, 1334, 1341, c. 18 *r*.

Bando relativo alla provvista della chiesa di s. Paolo di Castel San Polo.

Bologna, 1336, 18 novembre.

Guido Vicario della curia vescovile di Bologna bandisce che se alcuno intende opporsi alla nomina di rettore della chiesa di s. Paolo di Castel San Polo nella persona di Bartolomeo di Giovanni Angeleri, si presenti entro tre giorni.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis millesimo trecentesimo trigesimo sexto, inditione quarta, die lune decimo octavo mensis novembris . . . . .
Acta fuerunt omnia et singula suprascripta Bononie, in monasterio sancti Proculi, in quo idem d. vicarius presentialiter residet cum sua curia, presentibus discretis viris d. Federico nato d. Iohannis Andree, Francisco d. Alberti de Ramponibus et Bartholomeo Zenzanini notario curie episcopalis Bononiensis, testibus ad predicta vocatis et rogatis.

XXVIII (954).

Ivi, c. 16 *r*.

Immissione di prete Bono nel possesso della chiesa di s. Giovanni di Pollicino.

Bologna, 1336, 20 novembre.

Guido vicario del vescovo di Bologna immette nel possesso della chiesa di s. Giovanni di Pollicino prete Bono rettore di essa, insieme al governo e all'amministrazione della medesima, col godimento di tutti i beni spirituali e temporali ad essa inerenti.

Eodem millesimo, die merchurii vigesimo mensis novembris predicti . . . .

Actum Bononie, in monasterio sancti Proculi, presentibus d. Iohanne Caldarini decretorum doctore, nobili milite d. Francisco de Lambertinis et Bonacursio familiare dicti d. vicarii testibus ad predicta vocatis et rogatis.

XXIX (955).

Ivi, c. 19 *r*.

Licenza di consacrare la chiesa di s. Maria delle Budrie concessa al vescovo di Comacchio.

Bologna, 1336, 23 novembre.

Guido vicario della curia vescovile di Bologna concede al vescovo di Comacchio licenza di consacrare e dedicare la chiesa di s. Maria delle Budrie nella pieve di s. Giovanni in Persiceto.

Christi nomine amen, anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo sexto, inditione quarta, die XXII mensis novembris . . . .

Actum Bononie in monasterio sancti Proculi, in camara dicti d. vicarii, presentibus d. Federico nato d. Iohanne Andree decretorum doctoris, d. Iacobo filio magistri Iuliani de Priontis et Bartholutio Zenzanini notario testibus.

XXX (956).

Ivi, c. 18 *r.*

Immissione di prete Bartolomeo Angeleri nel possesso della chiesa di s. Paolo di Castel san Polo.

Bologna, 1336, 23 novembre.

Guido vicario della curia vescovile di Bologna immette prete Bartolomeo di Giovanni Angeleri nel possesso della chiesa di s. Paolo di Castel san Polo.

Eodem millèsimo, die sabati XXIII mensis novembris predicti. . . .
Actum Bononie in dicto monasterio sancti Proculi, presentibus d. Federico nato d. Iohannis Andree decretorum doctoris d. Iacobo filius magistri Iuliani de Priontis iurisperitis et Bonacursio familiare dicti d. vicarii testibus.

XXXI (957).

Ivi, c. 25 *r.*

Rinunzia della chiesa di s. Pietro in Argile fatta da Andrea del fu Filippo Bazalieri.

Bologna, 1337, 17 gennaio.

Andrea del fu Filippo Bazalerii chierico bolognese e beneficiato della chiesa di s. Pietro in Argile rinunzia a questo benefizio, non potendo risiedere in detta chiesa, nè attendervi per lè sue molte occupazioni.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo septimo, inditione quinta, die XVII mensis ianuarii. . . . .
Actum Bononie, in monasterio sancti Proculi, in camara dicti d. vicarij presentibus discretis viris dominis Bartholutio de Calcina, Federico nato d. Ioannis Andree, Iacopo magistri Iuliani de Priontis civibus de Bononia, ac Bitino de Pergamo iurisperito testibus vocatis et rogatis ad predicta.

XXXII (958).

Ivi, c. 27 *v.*

Bando per la chiesa di s. Cristoforo di Vedeghetto.

Bologna, 23 gennaio 1337.

Guido vicario generale della curia vescovile di Bologna bandisce che se qualche persona intenda opporsi alla nomina di prete Francesco del fu Simone da Perugia a rettore della chiesa di s. Cristoforo nella terra di Vedeghetto, si presenti entro tre giorni.

Die iovis XXIII mensis ianuarii . . . .

Acta et cridata fuerunt publice et alta voce omnia supradicta per Andream Vitalis nuntium sopradictum Bononie, in monasterio sancti Proculi, in publica audientia ubi ius curie episcopalis Bononie redditur ad presens, presentibus discretis viris d. Felino de Barberiis decretorum doctore et Dominico Petri Roxelli iurisperito et Bartholomeo Zençanini notario omnibus de Bononia testibus ad predicta vocatis et rogatis.

XXXIII (959).

Ivi, c. 30 *v.*

Sentenza assolutoria per prete Giovanni cappellano di s. Maria presso le scale del palazzo vecchio del comune.

Bologna, 1337, 10 febbraio.

Guido vicario generale della curia vescovile di Bologna assolve prete Giovanni cappellano della chiesa di s. Maria presso le scale del palazzo vecchio del comune di Bologna dall'accusa di avere nel mese di gennaio aggredito Giovanni del fu Amadeo di Parma e d'averlo percosso con una chiave di ferro.

In Christi nomine amen . . . .

Lata, lecta et in scriptis pronuntiata fuit dicta sententia per dictum d. vicarium pro tribunali sedente ad banchum iuris Bononie, in monasterio sancti Proculi, in claustro superiore dicti monasterii,

in quo idem d. vicarius eum sua curia presentialiter residet, presente dicto presbitero Iohanne, ad hanc sententiam audiendam, ac presentibus discretis viris, domino Andrea de Senis iurisperito, domino Federico nato d. Iohannis Andree decretorum doctoris, domino Iacobo filio magistri Iuliani de Priontis, Bartholutio Zençanini et Guillelmo Bernardi de Lamola testibus ad hec vocatis et rogatis, sub anno domini millesimo trecentesimo trigesimo septimo, inditione quinta, die decimo mensis februarii.

XXXIV (960).

Ivi, c. 31 *v.*

Immissione di prete Francesco rettore della chiesa di s. Andrea nel possesso della chiesa di s. Giovanni di Pollicino.

Bologna, 1337, 20 febbraio.

Iacopo canonico Cesenate e rettore della chiesa di s. Giovanni di Policino nomina suo procuratore prete Francesco rettore della chiesa di s. Andrea di Policino.

Die XXI mensis februarii. . . . .

Actum Bononie, in Monasterio sancti Proculi, presentibus discretis, viris d. Federico nato d. Iohannis Andree decretorum doctoris, Iohanne Iacobi de Bononia notario, qui se asseruit cognoscere partes, et Iohanne condam Vannis de Florentia testibus ad predicta vocatis et rogatis.

XXXV (961).

Ivi, c. 32 *r.*

Procura per Giovanni Lazzarini a riscuotere una somma per Tano Garisendi.

Bologna, 1337, 21 febbraio.

Tano de' Garisendi rettore della chiesa di s. Maria del ponte di Reno e canonico d'Aquileia nomina suo procuratore Giovanni Laz-

zarini notaio per ricevere da Bernardo del Lago collettore del papa 20 fiorini d'oro, dovutigli per il canonicato d'Aquileia.

Die XXI mensis februarii . . . .

Actum Bononie, in monasterio sancti Proculi, in claustro superiori dicti monasterii, ubi ius pro curia episcopali bononiensi redditur ad presens, presentibus discretis viris d. Federico nato summi doctoris d. Iohannis Andree decretorum doctoris, d. Iacobo filio magistri Iuliani de Priontis iurisperito, d. Guillelmo de Bixano iurisperito, Bartholomeo Zenzanini et Guillelmo Bernardi de Lamola ambobus notariis dicte curie, et omnibus civibus civitatis Bononie, testibus ad predicta vocatis et rogatis a me notario infrascripto cognitis constitutis supradictis.

XXXVI (962).

Ivi, c. 33 r.

Sentenza contro Bonincontro rettore della chiesa di s. Maria di Calamosco per concubinato.

Bologna, 1337, 21 febbraio.

Guido vicario generale del vescovo di Bologna emette sentenza di scomunica contro prete Bonincontro rettore della chiesa di s. Maria di Calamosco per concubinato.

In Christi nomine amen . . . .

Lata, lecta et in scriptis pronuntiata fuit dicta sententia per dominum Guidonem vicarium supradictum pro tribunali sedentem Bononie, in monasterio sancti Proculi, in quo cum sua curia presentialiter residet pro iure reddendo, presente ipso presbitero Bonincontro ad hanc sententiam audiendam et presentibus discretis viris d. Federico nato summi doctoris domini Iohannis Andree decretorum doctoris, Bertholutio Zenzanini notario capelle sancti Iacobi de Platisiis, omnibus de Bononia, et Corsello Alberti de Villa Francha domicello dicti d. vicarii, testibus ad predicta vocatis et rogatis, sub anno Domini a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo septimo, inditione quinta, die vigesimo primo mensis februarii, pontificatus sanctissimi patris et domini d. Benedicti pape XVII anno tertio.

Et ego Lentius condam d. Pauli doctoris decretorum Bononiensis notarius et scriba suprascriptis omnibus et singulis, prout supra legitur, una cum prenominatis testibus interfui et mandato dicti d. vicarii ac rogatus scribere publice scripsi et signo meo ac nomine consueto signavi et scripsi.

XXXVII (963).

Ivi, c. 33 *v*.

Atto di presentazione di prete Bonincontro per citazione ricevuta.

Bologna, 1337, 28 febbraio.

Bonincontro rettore della chiesa di s. Maria di Calamosco presenta a Guido vicario generale del vescovo di Bologna un istrumento del 25 febbraio 1337, in cui dice di essersi presentato in esecuzione della precedente sentenza.

Die XXVIII mensis februarii . . . .

Actum Bononie, in monasterio s. Proculi, presentibus providis viris d. Baldo priore ecclesie sancti Ambrosii de Bononia, d. Federico d. Iohannis Andree iurisperito de Bononia et Corsello Alberti de Villa Francha familiare dicti d. vicarii testibus ad predicta vocatis et rogatis.

XXXVIII (964).

Ivi, c. 41 *r*.

Investitura della chiesa di s. Nicolò di Villola concessa al rettore Iacopo da prete Bonincontro.

Bologna, 1337, 5 aprile.

Guido vicario generale della curia vescovile di Bologna concede a prete Bonincontro rettore della chiesa di s. Maria di Calamosco di potere investire del rettorato della chiesa di s. Nicolò di Villola Iacopo rettore di essa.

MCCC XXXVII, inditione quinta, die sabati quinto mensis aprilis . . . .

Actum Bononie, in monasterio sancti Proculi, in camara dicti d. vicarii, presentibus discretis viris d. Betino de Pergamo iurisperito, d. Federico nato summi doctoris d. Iohannis Andree decretorum doctoris et Corsello Alberti de Villa Francha testibus ad predicta vocatis et rogatis.

XXXIX (965).

Ivi, c. 42 *r*.

Immissione di prete Domenico da Pianoro nel possesso della chiesa dei ss. Andrea e Cristoforo di Rastignano.

Bologna, 1337, 12 aprile.

Guido vicario generale della curia vescovile di Bologna concede a prete Domenico da Pianoro rettore della chiesa dei ss. Andrea e Cristoforo di Rastignano in Pianoro di potere prendere possesso di essa.

Die XII aprilis predicta. . . . .

Actum Bononie, in monasterio sancti Proculi, in claustro superiori dicti monasterii, ad banchum iuris, presentibus providis viris d. Iacobo filio magistri Iuliani fisice profesoris et Dominico Micaelis notario ac Iohanne Iacobi notario omnibus de Bononia testibus ad predicta vocatis et rogatis.

XL (966).

Prot. 5°, 1337, vol. cartaceo con cop. membr., d. c. 60 n. più alcune bianche in fine n. n., mm. 155 × 120, c. 20 *r*. — Originale.

Consegna di Enrico da Prosia chierico e scolaro nello Studio bolognese al custode delle vecchie carceri a disposizione del vicario.

Bologna, 1337, 23 aprile.

Die XXIII aprilis.

Dictus d. vicarius dedit in custodiam Henricum de Prosia clericum et scolarem Bononie commorantem Iohanni condam Dondi de Muxiglano custodi carcerum veterum comunis Bononie, in custodiendum et salvandum ad ipsius d. vicarii petitionem etc.

Misserunt per Iohannem Iacobi Paulinum Vitalis et Andream eius fratrem nuntios.

Actum Bononie, in monasterio s. Proculi, presentibus d. Benincasa de Mutina, Iacobo Mascaronis et Iohanne Iacobi testibus.

Die XXIII aprilis.

Venerabilis vir d. Guido Septem generalis vicarius curie episcopalis bononiensis Henricum de Prosia clericum et scolarem Bononie commorantem, in sua et episcopalis curie predicte fortia constitutum, custodiendum et salvandum pro curia et persona tradidit et consignavit Iohanni condam Dondi de Muxiglano, custodi carcerum ve-

terum comunis Bononie. Qui Iohannes sponte a dicto d. vicario sibi vocavit et sub sua custodia recepit Henricum predictum promitens eum salvare, custodire et tenere ad mandatum d. vicarii supradicti.

Actum Bononie, in monasterio s. Proculi, presentibus d. Benincasa de Mutina et Iohanne Iacobi notario de Bononia et Paulino Vitalis nuntio dicti vicarii testibus.

XLI (967).

Prot. 1°, 1336-1341, c. 45 *r*. — Originale.

Cessione di patronato della chiesa di s. Maria di Riosto e s. Martino sopra Zena da Dino del fu Castellano Ariosti a Bonifazio Ariosti.

Bologna, 1337, 3 giugno.

Dino del fu Castellano Ariosti patrono della chiesa di s. Maria di Riosto e di s. Martino sopra Zena ne cede il patronato a Bonifazio del fu Tommaso Ariosti.

Die tertio mensis iunii . . . .

Actum Bononie, in monasterio sancti Proculi, ad banchum iuris, presentibus presbitero Nicolao rectore ecclesie sancte Marie de castro Garnaroli Bononiensis diocesis, Iacobo Dominici Mascaronis notario de Bononia, Guillelmo condam d. Thomaxini de Sancto Georgio, d. Iacobo filio magistri Iuliani de Priontis fixice professoris et Thomace condam d. Dinadani de Ariostis qui se dixerunt prefatos donatorem et donatarium cognoscere, testibus ad predicta vocatis et rogatis.

Registratum in memor. comunis Bononie per Iacobum Bonzanini Arardi notarium dicto officio.

XLII (968).

Ivi, c. 49 *v*.

Immissione di Giovanni Scappi in possesso della chiesa di s. Maria di Galliera.

Bologna, 1337, 9 luglio.

Frate Bonaccorso abate del monastero di s. Procolo e vicario generale del Vescovo di Bologna immette nel possesso della chiesa di s. Maria in Galliera Giovanni del fu Ugolino Scappi.

Die merchurii nono mensis iulii . . . . .

Actum Bononie, in monasterio s. Proculi Bononie, presentibus discretis viris d. Felino de Barberiis decretorum doctore, Iacobo con-

dam Dominici Mascaronis notario et Guillelmo Bernardi de Lamola, testibus ad predicta vocatis specialiter et rogatis.

XLIII (969)

Ivi, c. 55 *r*.

Elezione di Francesco Ubertinazzi a rettore della chiesa di s. Michele in s. Maria in Duno.

Bologna. 1337, 20 settembre.

Francesco del fu Iacobo Ubertinazzi è eletto rettore della chiesa di s. Michele in Santa Maria in Duno.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo CCCXXXVII, inditione quinta, die vigesimo mensis septembris . . . .
Actum Bononie, in capella sancti Senixii, sub portichu domus habitationis dicti d. fratris Guillelmi de Prendipartibus, presentibus discretis viris magistro Conte condam Ugoliniti de Trevio, habitante Bononie, in capella sancti Thome de mercato, Iohanne Marsilini Tiberensi de Ebieduno, habitante Bononie, in capella sancti Archangelli, ambobus scholaribus in gramaticha in Studio bononiensi, Iohanne condam d. Prendipartis de Prendipartibus, Pritello filio d. Betutii de Prendipartibus, ambobus supradicte capelle sancti Senixii, et Iohanne Iacobi notarii bononiensis capelle sancte Marie de Oxilitis, testibus ad predicta vocatis specialiter et rogatis.

XLIV (970).

Ivi, c. 57 *r*.

Bando relativo alla provvista della chiesa di s. Michele nel castello di santa Maria in Duno.

Bologna, 1337, 27 settembre.

Frate Bonaccorso vicario generale del Vescovo di Bologna bandisce che se alcuno intenda opporsi alla nomina di rettore della chiesa di s. Michele nel castello di Santa Maria in Duno, concessa a Francesco Ubertinazzi, si presenti entro tre giorni.

Eodem millesimo, die sabati XXVII mensis septembris . . . . .
Actum Bononie, in monasterio sancti Proculi Bononie, in claustro superiori dicti monasterii, ibi prope banchum iuris, in quo monasterio

ad presens ius redditur pro episcopali curia Bononiensi, presentibus viris providis et discretis domino Andrea de Guantariis de Senis, dominis Felino de Barberiis decretorum doctore, Dominico Petri Roxelli iurisperito, Nicolao de Castello iurisperito et Iacobo Rolandini notario curie episcopatus Bononie, et pluribus aliis testibus et personis ad predicta vocatis specialiter et rogatis.

XLV (971)

Ivi, c. 61 r.

Citazione di Francesco del fu Guido rettore della chiesa di s. Luca di Castello.

Bologna, 1337, 17 ottobre.

Francesco del fu Guido rettore della chiesa di s. Luca di Castello è citato a pagare lire 16 dovute a Giovanni del fu ser Graziolo di s. Lorenzo in Collina, quale residuo della somma di lire 66, soldi 2 e denari 3 per una pezza di terra vendutagli a Zola.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo septimo, inditione quinta, die decimo septimo mensis octubris . . . . .

Actum Bononie, in episcopali palatio iuridico, ad banchum iuris, presentibus discretis viris domino Federico d. Iohannis Andree decretorum doctore, Iohanne de Sancto Georgio decretorum doctore, Henrigipto quondam Iacobi Coruolini, qui se asseruit predictos presbiterum et Iohannem contrahentes cognoscere, et pluribus aliis testibus ibidem existentibus ad predicta vocatis specialiter et rogatis.

XLVI (972).

Ivi, c. 64 r.

Nomina di Guglielmo del fu Bernardino de' Grassi a procuratore di Michelino del fu Iacopo detto Balatrone.

Bologna, 1337, 25 ottobre.

Margherita del fu ser Guidotto, vedova di Iacopo, detto Balatrone, del fu Michelino dalle Ruote, tutrice del pupillo Michelino, sceglie a suo procuratore Guglielmo del fu Bernardino de' Grassi

notaio per tutte le liti, cause e controversie che potesse avere con Pietro di Martino e con qualunque altra persona.

Die vigesimo quinto mensis octubris . . . . .

Actum Bononie, in episcopali palatio iuridico, ad banchum iuris, presentibus sapientibus viris Felino de Barberiis decretorum doctore, Guillelmo de Bixano iuris perito et Guillelmo Bernardi de Lamola notario et pluribus aliis testibus ad predicta vocatis et rogatis.

XLVII (973).

Prot. 15°, 1337, vol. cartaceo, di car. 48 n., mm. 150×105, c. 36 *r*. — Originale.

Nomina fatta da maestro Bonaventura da Castello professore di medicina in suo procuratore di Giovanni Panciatichi di Pistoia.

Bologna, 1337, 15 novembre.

Die XV novembris.

Sapiens vir dominus magister Bonaventura de Castello de Bononia scientie medicine professor ac rector hospitalis sancti Bartholomei de Alpibus pistoriensis diocesis, constitutus, fecit procuratorem nobilem militem dominum Iohannem Vinciguerre de Panzatichis de Pistorio, licet absentem, in causa quam habet cum Argumento quondam Merchatini et generaliter etc. Ad causas et substituendum, etc.

Actum Bononie, in ecclesia maiori sancti Petri, presentibus presbitero Petro rectore ecclesie sancte Marie de Rastelino bononiensis diocesis, Bartholomeo Zenzanini de Bononia notario episcopatus Bononie et Berto condam Comelli de Bandinis de Bononia, qui se dixit constitutum rogatum testem.

XLVIII (974).

Prot. 1°, 1336-1341, c. 70 *r*.

Elezione di Rambaldo d' Albarno e Bertrando Iumena a presiedere l' università degli scolari Provenzali in Bologna.

Bologna, 1338, 21 febbraio.

In Cristi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem M.CCC.XXXVIII, indictione sexta, die vigesimo primo mensis februarii. Noverint universi presens instrumenctum publicum inspecturi, quod cum universitas

nactionis scolarium provintialium, in bononiensis Studio commorantium, pro ipsius nactionis necessitatibus, certis negotiis peragendis presentialiter indigeret, viri providi et discreti domini Raymbaldus de Albarno et Bertrandus Iumena prepositi dicte nactionis mandaverunt et fecerunt per omnes scolas civitatis Bononie tam iuris canonici quam civilis per Bertholinum de Brixia bidellum scolarium citramontanorum, omnes homines et personas de dicta nactione provintialium in ecclesia beati Dominici, in capitulo eiusdem ecclesie, loco videlicet et more solito, convocari et etiam congregari. In qua quidem congregatione interfuerunt infrascripti, videlicet: domini Rambaldus de Albarno, Bertrandus Iumena prepositi dicte universitatis, sive nactionis, d. Bertrandus Caxii archidiaconus Nitiensis, Reglanus Gerardi, Petrus Bove, Franciscus Petri, Laurentius de Beta, Cabriel de Nitia, Iacobus de Crota, Berengarius Uberti, Petrus Sardin[i]e prior beate Marie de Villa veteri, Raymundus Raymardi, Iohannes de Aquis, Ugo Macelani, Nicolaus Geraldi, Bernardus de Podio, Guillelmus Flecheni, Guillelmus de Vasione, Pontius Gerardi, Iacobus Rambaldi et Pontius Raynaldi. Qui omnes suprascripti, prout asseruerunt, fuerunt ultra quam due partes hominum universitatis antedicte; eisque sic congregatis dicti domini Raymbaldus de Albarno et Bertrandus Iumena dixerunt et proposuerunt, ac a predictis omnibus sic ibidem astantibus petierunt, si verum est quod ipsi pro anno presenti, videlicet in M.° CCC. XXXVIII anni presentis et die XV mensis ianuarii proxime elapsi, electi fuerint prepositi dicte universitatis, sive nactionis provintialium. Suprascripti omnes singulariter et quilibet eorum, dominis Pontio Gerardi, Iacobo Rambaldi et Pontio Raynaldi predictis dum taxat exceptis, responderunt, dixerunt, asseruerunt atque sponte confessi fuerunt ac testificati fuerunt, ad maiorem cautelam, quod verum est quod predicti domini Raymbaldus et Bertrandus per maiorem partem universitatis nactionis predicte in M.° CCC. XXXVIII, inditione sexta, die XV mensis ianuarii proxime elapsi et pro anno presenti electi et nominati fuerunt prepositi universitatis, seu nactionis prefate, et quod ipsis et eorum cuilibet plena fuit concessa potestas, auctoritas et baylia fatiendi et exequendi in casibus opportunis omnia et singula que in statutis nactionis predicte consueta fore noscuntur; necnon ipsi omnes, exceptis hiis tribus ad cuiuslibet hesitationis scrupulum amputandum de novo constituerunt et fecerunt ac eligerunt et nominaverunt ipsos d. Bertrandum et Raymbaldum suos et dicte nactionis prepositos generales. Ratificantes insuper, omologantes ac etiam approbantes suprascripti omnes unanimiter et concorditer, premissis tribus dumtaxat exceptis, omnia dicta, acta, facta et gesta hactenus per ipsos prepositos et fatienda deinceps per eos, vel eorum alterum, nomine et ocaxione nactionis prefate, dantes etiam et con-

cedentes eisdem autoritatem, potestatem et liberam facultatem fatiendi deinceps, peragendi et exequendi, nomine dicte nactionis, libere omnia et singula que pro natione ipsa extiterint fatienda, vel quomodolibet exequenda, secundum formam statutorum eiusdem, et que ipsi facere possent si personaliter interessent totiens, quotiens fuerit opportunum. Rogantes me notarium ut de predictis unum et plura eiusdem tenoris confitiam instrumenta secundum conscilium sapientis.

Actum Bononie, in ecclesia beati Dominici, in capitulo ipsius ecclesie, presentibus Iacobo condam fratris Liazari de Fogatiis capelle sancte Lutie, Vitale Berti de Bononia capelle sancti Ysaie, et Guillelmo condam Heuredi de Provintia, ac Bertholino condam Albertini de Brixia bidello scolarium citramontanorum et aliis testibus ad predicta vocatis et rogatis.

XLIX (975).

Prot. 14°, 1338-39, vol. cartaceo con cop. membr., di car. 24 n., mm. 155 × 110, c. 15 r. — Originale.

Proroga di termine relativo ad un compromesso fra Bettino de' Lambordini, Iacopo de' Bianchi di Barletta e Azzone de' Ramenghi dottore di decreti.

Bologna, 1338, 31 ottobre.

Betinus de Lambordinis et Iacobus de Bareleta de Blanchis compromissum per eos factum in d. Azonem de Ramenghis decretorum doctorem super rectoratu hospitalis de Vulpino et terminum in dicto compromisso contentum in quo dictus d. Azo debebat questionem huiusmodi diffinire, ipsum terminum prorogaverunt comuniter et concorditer per totum mensem novembris proxime venturi in eodem statu ut nunc est, presente et consentiente dicto d. Azone.

Actum in palatio domini Thadei de Peppolis domini generalis civitatis Bononie, presentibus Alberto condam d. **** de Baxacomatribus siscalco dicti domini, Bartholomeo quondam Andree capelle s. Lutie et Anthonio condam Iohannis selario de Bononia testibus.

L (976).

Prot. 16°, 1336-39, c. 83 r.

Licenza concessa da frate Bonaccorso abate di s. Procolo dottore di decretali a Guglielmo di Bernardo da Lamola di potere autenticare, ordinare e redigere atti pubblici.

Bologna, 1338, 9 dicembre.

Die nono mensis decembris. Venerabilis et religiosus vir dominus frater Bonacursius abbas monasterii sancti Proculi Bononie decreto-

rum doctor, reverendi in Christo patris et domini Bertrandi Dei et apostolice sedis gratia Bononiensis Episcopi vicarius generalis, sedens pro tribunali ad banchum iuris, ad instantiam Bartholomei condam d. Thoresani de Becariis instantis et predicta fieri suppliciter postulantis, commisit atque auctoritatem, potestatem, bayliam et licentiam plenariam contulit Guillelmo condam Bernardi de Lamola notario curie episcopalis Bononiensis, ibidem presenti, audienti et inteligenti quod omnes scripturas, attestationes et eorum dicta et omnia alia facta, acta, attitata et gesta, in causa dudum vertenti coram venerabili viro domino Guidone Septem clerico Lunensis diocesis, curie episcopalis Bononiensis vicario generali, et etiam coram ipso d. vicario, inter supradictum Bartholomeum et Muzolum eius fratrem filium condam dicti d. Toresani, et Guillelmum de Sancto Georgio eius curie agentis ex parte una et magistram, sorores, capitula et conventum sanctarum Marie Magdalene strate sancti Donati Bononie et sancte Catherine de Quarto Bononiensis diocesis, monasteriorum invicem unitorum, se defendentes ex altera scripta manu Petri Iacobi Tertii tunc curie episcopalis Bononiensis notarii et scribe, possit et ei liceat autenticare, ordinare, scribere et in publicam formam reddigere, secundum morem et consuetudinem curie episcopalis Bononiensis, et dicti Petri notarii, diu absentis a civitate Bononie et postmodum ipsas scripturas et acta sic in publica forma reddactas, eidem Bartholomeo debeat exibere. Mandans michi notario ut de predictis publicum conficere debeam instrumentum.

Actum in episcopali palatio iuridico Bononie, ad bancum iuris, presentibus discretis viris d. Nicolao de Castello decretorum doctore, Betino Angelini et Iohanne Iacobo notario curie episcopalis Bononiensis et aliis testibus ad predicta vocatis specialiter et rogatis.

LI (977).

Ivi, c. 83 *v*.

Licenza di celebrare la messa all' altare della B. Maria sulle scale del palazzo vecchio del Comune concessa a prete Noclerio rettore di s. Tecla in Portanova e a frate Giovanni da Pavia priore dei poveri vergognosi.

Bologna, 1338, 10 dicembre.

Bonaccorso Dottore di decreti, abate del monastero di s. Procolo e vicario generale del Vescovo di Bologna concede a prete Noclerio rettore della chiesa di s. Tecla di Portanova di potere celebrare

una volta ogni settimana la messa all'altare della B. V. costruito ed edificato sulle scale del palazzo vecchio del comune, presso la piazza. Nel caso che fosse impedito, concedeva la stessa licenza a frate Giovanni da Pavia priore dei poveri vergognosi di Bologna.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo octavo, inditione sexta, die decimo mensis decembris. Venerabilis et religiosus pater dominus frater Bonacursius decretorum doctor abbas monasterii sancti Proculi bononiensis, reverendi in Christo patris et domini d. Bertrandi Dei et apostolice sedis gratia Bononiensis Episcopi vicarius generalis . . . . .

Actum Bononie, in episcopali palatio iuridico, ad banchum iuris, presentibus discretis viris domino Dino archipresbitero plebis sancti Venantii de Duiolo bononiensis diocesis et Guillelmo condam Bernardi de Lamola ac Iohanne Iacobi ambobus notariis curie episcopalis bononiensis testibus, et aliis testibus ad predicta vocatis specialiter et rogatis.

Ego Lentius condam d. Pauli doctoris decretorum bononiensis civis, publ. imperiali auctoritate et episcopalis curie bononiensis notarius predictis omnibus interfui et ea mandato dicti d. vicarii ac rogatus scribere publice scripsi.

LII (978).

Prot. 16°, 1338-39, vol. cartaceo, di car. 53 n., mm. 150 × 115, c. 5 v. — Originale.

Nomina fatta da maestro Riniero da Bertalia dottore di fisica e suo fratello Bertolazzo in loro procuratori di Nerio da Forlì e Domenico Mascaroni.

Bologna, 1338, 11 dicembre.

Die XI decembris.

Magister Raynerius doctor fisice et Bertholatius fratres et filii condam magistri Michaelis de Bertalia capelle sancti Columbani constituerunt suos procuratores absentes Nerium de Forlivio et Franciscum Dominici Mascaronis absentem.

Actum Bononie, in capella sancti Columbani, sub portichu domus habitationis magistri Michaelis predicti, presentibus Anthonio condam Bonacose de Melegotis capelle s. Marie Maioris, Iohanne filio d. Bertolutii de Castaldis capelle s. Columbani, et Guidone Duzoli calzolario predicte capelle sancti Columbani testibus.

LIII (979).

Prot. 1°, 1336-1341, c. 87 *v*.

Investitura del canonicato della chiesa di s. Maria Maggiore concessa da Papa Benedetto XII a Rampone del fu Iacopo Boccadiferro.

Bologna, 1339, 16 gennaio.

Papa Benedetto XII investe Rampone del fu Iacopo Boccadiferro chierico bolognese del canonicato e della prebenda della chiesa di s. Maria Maggiore, con tutti i diritti ad esso canonicato inerenti.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo nono, inditione septima, die sabati sexto decimo mensis ianuarii, tempore sanctissimi patris et domini domini Benedicti pape XII. Noverint universi presens instrumentum inspecturi, quod viri provvidi et discreti presbiter Iohannes sancti Michaelis de Foro medii, et Dominicus sancte Marie de Hosilitis bononiensium ecclesiarum rectores, necnon subexecutores subdelegati processuum et literarum collationis et gratie facte per venerabilem patrem magistrum Guigonem de sancto Germano prepositum ecclesie Anitiensis, domini pape notarium et apostolice sedis nuntium executorem unicum a dicta apostolica sede specialiter deputatum, Rampono nato condam Iacobi de Bochadeferis clerico bononiensi de canonicatu et prebenda ecclesie sancte Marie Maioris bononiensis prefate, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens, vel cum eam ibi vacare contingerit, volentes mandatum dicti domini executoris reverenter exequi ut tenentur. Et quia a dicto Rampono super hiis omnibus exequendis et peragendis fuerunt instanter et humiliter requisiti a venerabili et religioso viro domino fratri Bonacursio decretorum doctori, abbati monasterii sancti Proculi Bononiensis . . . . .

Actum Bononie, in monasterio sancti Proculi Bononie, in camera dicti d. vicarii, presentibus sapienti viro domino Federico nato summi doctoris d. Iohannis Andree decretorum doctore, Iohanne condam d. Alberti de Ramponibus de Bononia capelle s. Michaelis de Foro medii, ac Iordano condam d. Iacobi de Bocadeferis de Bononia et aliis testibus ad predicta vocatis specialiter et rogatis.

LIV (980).

Ivi, c. 90 *r*.

Assoluzione di Aimerico canonico bolognese dalla scomunica incorsa per mancato pagamento di lire dodici dovute a Soldana e Bartolomea Ramponi e di lire quattro dovute a Filippo da Baixio.

Bologna, 1339, 10 febbraio.

Bonaccorso abate del monastero di s. Procolo, dottore di decreti e vicario del vescovo di Bologna assolve Aimerico del fu Aimerico notaio e canonico bolognese dalla scomunica per non avere pagato a Soldana e Bartholomea Ramponi lire dodici che le doveva, e lire quattro che doveva a Filippo da Baixio.

In Christi nomine amen. Anno nattivitatis eiusdem millesimo trecentismo trigesimo nono, inditione septima, die decimo mensis februarii. Venerabilis et religiosus vir dominus frater Bonacursius abbas monasterii sancti Proculi Bononie decretorum doctor reverendi in Christo Patris et domini domini Bertrandi Dei et apostolice sedis gratia Bononiensis Episcopi vicarius generalis . . . . .

Actum Bononie, in monasterio sancti Proculi, presentibus providis viris domino Iohanne Caldarini decretorum doctore, Nicolao condam d. Thomaxii Carnelvarii et Iohanne condam Fabioli merzario, ambobus capelle sancti Thome de merchato testibus ad predicta vocatis et rogatis.

LV (981).

Prot. 16°, 1338-39 c. 20 r.

Assoluzione del canonico Aimerico fatta dal vicario del Vescovo di Bologna.

Bologna, 1339, 10 febbraio.

Die X februarii.

Dictus d. vicarius commisit provido viro d. presbitero Iacobo sacriste ecclesie sancti Petri maioris Bononie quod absoivat d. Aymericum, etc.

Actum Bononie, in monasterio sancti Proculi, presentibus d. Iohanne Caldarini decretorum doctore, Nicolao condam d. Thomae Carnelvarii e Iohanne merzario capelle s. Thome de merchato testibus.

LVI (982).

Prot. 1°, 1336-1341, c. 91 *r*.

Assoluzione dal pagamento di lire ventidue dovute a Soldana e Bartolomea Ramponi concessa ad Aimerico canonico bolognese.

Bolognese, 1339, 25 febbraio.

Soldana di Tommaso Ramponi vedova di Carlo delle Paci e Iacopo, detto Muzòlo, del fu Benvenuto procuratore di Bartolomea di Tommaso Ramponi vedova di Iacopo Boccadiferro confessano di avere ricevuto lire ventidue da Aimerico del fu Aimerico canonico bolognese, anche a nome di suo fratello Gerardino, al qual pagamento era obbligato per il testamento di suo padre Aimerico, rogato il 28 aprile 1330 da Iacopo di Pietro Angelelli, e per una condanna pronunziata da Guido Sette già vicario generale del Vescovo di Bologna il 26 novembre 1337.

In Christi nomine amen. Anno nattivitatis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo nono, inditione septima, die vigesimo quinto mensis februarii . . . . .

Actum Bononie, in ecclesia sancti Petri Maioris Bononie, presentibus discretis viris dominis Guillelmo de Perdice canonico bononiense, Federico nato summi doctoris d. Iohannis Andree decretorum doctore, qui se asseruit cognoscere supradictos et Paulo condam Ravignani de Balduynis et aliis testibus ad predicta vocatis et rogatis.

LVII (983).

Ivi, c. 95 *r*.

Quietanza di pagamento dovuto da Pellegrino Bottrigari a Francesca moglie di Ghedino erede di Nicolò Bottrigari.

Bologna, 1339, 10 aprile.

Francesca, detta Checa, di Guerino, moglie di Ghedino del fu Pietro barbiere, erede di Anastasia sua madre, figlia ed erede del fu Nicolò Bottrigari e di Tommasino Bonora, confessa di avere ricevuto da Pellegrino del fu Francesco Bottrigari lire settanta dovute per legato del testamento del fu Alberico di Nascimbene Bottrigari, rogato il 23 giugno 1300 da Benvenuto di Matteo Benintendi, e

lire cinquantacinque per legato di Francesco di Nascimbene Bottrigari, rogato il 3 maggio 1303 da Giovanni Zanelli.

In Christi nomine amen. Anno nattivitatis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo nono, inditione septima, die decimo mensis aprilis . . . . .

Actum Bononie, in capella sancte Marie de Castello, in domo quam ad presens habitat vir sapiens d. Nicolaus d. Francisci de Castello decretorum doctor, presentibus fratre Tixio condam Benvenuti de Butrigariis de ordine predicatorum, domino Nicolao supradicto, Bertholatio Petri teste notario de Bononia capelle sancte Christine porte Sterii, qui se dixit contrahentes cognoscere supradictos et Minarino ser Galli capelle sancti Laurentii porte Sterii et aliis testibus ad predicta vocatis et rogatis.

LVIII (984).

Ivi. c. 96 *v*.

Promessa di restituzione di lire cinque e cinque soldi fatta da prete Lorenzo Cortelazzi a Bertoldo Ghisilieri.

Bologna, 1339, 17 aprile.

Lorenzo del fu Giovanni Cortelazzi chierico della chiesa di s. Lorenzo di Budrio si confessa debitore verso Bertoldo del fu Amadasio Ghisilieri della somma di lire cinque e cinque soldi ricevute per mutuo, promettendo di restituirle per la festa di s. Maria nell' agosto prossimo.

In Christi nomine amen. Anno nattivitatis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo nono, inditione septima, die decimo septimo mensis aprilis . . . . .

Actum Bononie, in episcopali palatio iuridico, ad banchum iuris, presentibus domino Nicolao de Castello decretorum doctore, domino Dominico Petri Roxelli iuris perito et Iacobo filio Romei de Flamenghis notario de Bononia testibus.

LIX (985).

Ivi, c. 168 *r*.

Licenza di presa di possesso della chiesa di s. Lorenzo di Roncastaldo concessa a prete Michele d' Ugolino da Roncastaldo.

Bologna, 1340, 8 novembre.

Bonaccorso abate del monastero di s. Procolo dottore di decreti e vicario generale del Vescovo di Bologna concede licenza di presa

di possesso della chiesa di s. Lorenzo di Roncastaldo a prete Michele d' Ugolino da Roncastaldo eletto rettore di essa, con tutti i diritti e beni inerenti a detta chiesa.

Die octavo mensis novembris. Venerabilis et religiosus vir d. frater Bonacursius abbas monasterii sancti Proculi bononiensis decretorum doctor, abbas monasterii sancti Proculi bononiensis episcopali sede vacante vicarius generalis . . . . .

Actum Bononie, in episcopali palatio iuridico, ad banchum iuris, presentibus dominis Guillelmo de Bixano et Iacobo de Prehuntis iurisperitis et Betino Angelini notario et aliis testibus ad predicta vocatis et rogatis.

LX (986).

Ivi, c. 168 *r.*

Rinuncia dall' ufficio di rettore della chiesa di s. Vitale di Granarolo fatta da prete Michele d' Ugolino di Roncastaldo.

Bologna, 1340, 8 novembre.

Michele d' Ugolino di Roncastaldo rinuncia all' ufficio di rettore della chiesa di s. Vitale di Granarolo, essendo stato eletto rettore della chiesa di s. Lorenzo, non potendo conservare due benefici ecclesiastici.

In Christi nomine amen. Anno nattivitatis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo, inditione octava, die octavo mensis novembris. Constitutus in presentia venerabilis et religiosi viri domini fratris Bonacursii decretorum doctoris, abbatis monasterii sancti Proculi bononiensis episcopali sede vacante vicarii generalis . . . . .

Actum Bononie, in episcopali palatio iuridico, ad banchum iuris, presentibus dominis Guillelmo de Bixano et Iacobo de Prehuntis iuris peritis et Betino Angelini notario et aliis testibus ad predicta vocatis et rogatis.

LXI (987).

Ivi, c. 184 *v.*

Privilegio di notariato concesso a Tommaso di Iacopo da Carapelle.

Bologna, 1340, 23 dicembre.

Bertolotto del fu Conte di Brandaligi de' Venerosi conte palatino in Lombardia dichiara Tommaso di Iacopo di Federico Carapelle,

idoneo ad esercitare l' ufficio di notaio, dandogli libera licenza di esercitare il notariato in tutto il romano impero.

In Christi nomine amen. Anno nattivitatis eiusdem M. CCC. XL, inditione octava, die vigesimo tertio mensis decembris. Nobilis magnificus et commendabilis vir dominus Bartholotus olim d. Comitis Brandalisii de Venerosis de Ripa insule Suzarie et Bardine et quarte partis civitatis Verone . . . . .

Actum Bononie, in capella sancti Salvatoris, in domo habitationis dicti domini Comitis, presentibus discretis viris dominis Thoma d. Andree de Pergamo, Francisco Landutii de sancto Miniato, Galvano de Crespano diocesis Trivisine scolaribus in bononiensi Studio commorantibus, et Ugolino condam Bonumgloris Ugolini notarii de Bononia capelle sancti Salvatoris et aliis testibus ad predicta vocatis et rogatis.

LXII (988).

Ivi, c. 188 *r*.

Conferma della nomina a capellano e beneficiato perpetuo dell' altare de' ss. Iacopo e Cristoforo nella chiesa di s. Lorenzo di porta Stieri concessa a prete Salimbene del fu Pietro.

Bologna, 1341, 4 gennaio.

Salimbene del fu Pietro eletto cappellano dei ss. Iacopo e Cristoforo nella chiesa di s. Lorenzo di porta Stieri è confermato in tale cappellania con tutti i benefici ad essa inerenti.

Die quarto mensis ianuarii . . . . .

Actum Bononie, in episcopatu, presentibus discretis viris dominis Andrea de Senis iurisperito, ac etiam Federico nato domini Iohannis Andree decretorum doctore et Dominico Petri Roxelli iurisperito et aliis testibus ad predicta vocatis et rogatis.

LXIII (989).

Ivi, c. 203 *r*. — 205 *r*.

Conferimento della prima tonsura e promozione ai quattro ordini minori ed al suddiaconato e diaconato di chierici.

Bologna, 1341, 2 giugno.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo primo, inditione nona, die sabati quatuor temporum, secunda mensis iunii . . . . .

Infrascripti habuerunt et receperunt primam tonsuram.

Zichinus condam Nerii de Badalo scolaris Foropopuliensis diocesis, presentatus per litteras domini Foropopuliensis episcopi ad titulum sui patrimonii.

LXIV (990).

Prot. 3°, 1345-46, c. 35 *r.* — Originale.

Testamento di Nicoletto da Viry studente in diritto canonico a Bologna.

Bologna, 1345, 17 agosto.

Die XVII augusti.

D. Nicolotus filius quondam Magistralis de Viriaco diocesis Lugdunensis scolaris bononiensis, in iure canonico studens, habitator in domo prioris et fratrum sancti Fridiani cui dicitur de Sachis, sanus etc.

Imprimis reliquid pro anima sua fratri Matteo de Brena ordinis minorum IIII^or libras bononinorum.

Item reliquid **** suo socio pro anima sua XX solidos bononinorum. Item reliquid dompno Stephano administratori sancti Fridiani pro anima sua XL solidos bononinorum et unum dopleriam de cera pro anima sua et cuicumque fratrum habitantium in dicta domo XX solidos bononinorum. Item reliquid d. Laurencie **** sue serventi lectum suum in quo ad presens iacet ipse testator pro servitiis eidem et in dicta infirmitate factis. Item reliquid pro anima sua Iohanni de sancto Monicio scolari bononiensi commoranti unam de suis vestibus ad voluntatem commissariorum suorum. Item unam aliam vestem magistro Iacobo de Clavaxio famulo dominii abbatis ad voluntatem commissariorum suorum. Item reliquid Pascaleto de Savodia eius famulo, ultra vitum et vestitum, quatuor florenos auri pro quolibet anno, quo cum ipso testatore stetit hactenus et stabit usque ad diem mortis ipsius.

Item, ultra hoc, sibi reliquid XVI libras bononinorum, quas dixit quod sibi dare tenetur d. Iohannes de Morne milex. Item in alia parte eidem Pascaleto reliquid pro anima sua quinquaginta solidos et unum florenum auri, in quibus sibi tenetur Franciscus de Villeno de Burgundia stipendiarius bononiensis. Item reliquid dicto Pascaleto libras III et IIII solidos bononinorum in quibus sibi tenetur Umbertus de Morne stipendiarius. Sepulturam suam elegit apud ecclesiam fratrum minorum, circa quam voluit expendi ad voluntatem commissariorum. Commissarios d. Guillelmum abbatem Nonantulanum, clarum d. Aymo d. Claravalle diocesis Bisuntinensis, scolarem in

iure civili et d. Zanotum de sancto Euzando famulum abbatis Nonantulani; quibus et maiori parte eorum dedit potestatem, etc. Item dixit se habere infrascripta bona mobilia; Im primis decretales . decretum . sextum cum Clementinis . Innocentium . breviarum . codicem . infortiatum. In omnibus suis bonis dominum Petrum eius fratrem sibi heredem universalem instituit, et voluit quod residuum bonorum tradatur dicto Iohanni Schaleto, qui ea debeat portare ad d. Petrum et habere expensam itineris. Item dixit se teneri Matheo prestatori de Bononia XL libras bononinorum, pro quibus habet in pignus codicem quemdam ipsius testatoris. Item dixit se teneri Nicolao de Magreto prestatori in XXVI libras bononinorum de capitali minus tres florenis, pro quibus habet in pignus Infortiatum supradictum. Item dixit se teneri d. G. abbati Nonantulani in VI florenos auri, quos mutuavit eidem. Item dixit se teneri Iohannoto suo commissario supradicto in VI florenos auri secundum conventionem quem posuit ipse Iohannotus quos florenos si ipse Iohannotus voluerit recipere, super hiis suam conscientiam oneravit. Item dixit se teneri eidem Iohannoto in alia parte in septem florenos. Item in alia parte in XV libras bononinorum ex causa mutui. Item dixit se teneri monacho de Vallegrixo diocesis Lugdunensis in sex libras bononinorum ocaxione mutui. Item dixit habere penes se quedam instrumenta obligatoria in persona Petri de Valma creditoris in LXXX maspillos argenteos et unam cotarditam de scarlato maspellatam de argento, que debeant restitui Petro predicto vel procuratori suo et deponantur penes d. abbatem.

Actum in domo habitationis dicti testatoris, presentibus fratribus Iohanne de Muglio et Dominighino patribus et fratribus s. Michaelis, fratre Sancto monacho Nonantulano, Iohanne de Iporegia, Anthonio Iacopini, Iacobello Belengii de Papia, Iacopino domini Belutii de Corgnato diocesis Turinensis, Iohanne Anichini Trescensis diocesis et aliis testibus.

LXV (991).

Ivi, c. 37 *v*.

Consegna dei libri di Nicoletto da Viry.

Bologna, 1345, 23 agosto.

Die predicta.

D. Guillelmus abbas Nonantulanus de Aymo et Zanotus comissarii testamenti d. Nicoleti, tradiderunt Bartholomeo Henrici unum decretum, decretales, sextum, Clementinas, apparatum Innocentii super

decretalibus, unum codicem, unum infortiatum cum glossis, unum breviarium extimatos CC XXV florenos, trasmittendos Avinionem ad curiam romanam ipsius Bartholomei risico et fortuna deinde per totum mensem expetendo proxime venturum, assignandos d. Petro quondam magistralis de Viriaco canonico sancti Iusti de Lugduno, seu eius procuratori, vel Pasqualeto Marineti de Montefalcone diocesis Gubenensis, et tunc dictas restitui Bartholomeo predicto seu Bartholomeo Francisci et aliis eius sociis de Pistorio qui moratur in Avinione per totum dictum mensem septembris CL florenos auri, et si non traderentur eis dicti floreni ultra dictum mensem septembris, per totum mensem predictum quod possint pignorare dictos libros expensis dicti d. Petri, videlicet CXXXV florenos, quos idem Bartholomeus Henrighi presentialiter dedit dictis commissariis et XXV florenos pro cambio, risicho et expensis. Et hec omnia promisit observare Bartholomeus sub pena XX florenorum auri.

Actum Bononie in capella s. Marie de Hoxilitis, in statione dicti Bartholomei, presentibus Iohanne Iacobi notario episcopatus Bononie, fratre Sancto monacho Nonantulano et Laurentio Roffini de Cultelinis de Bononia et magistro Iacobo Clavaxio et Amadaxio filio Guerini de Ghixileriis de Bononia testibus.

LXVI (992).

Ivi c. 43 *r*.

Licenza concessa a Bettino d'Angelino notaio del vicario del Vescovo di Bologna.

Bologna, 1345, 3 ottobre.

Il vicario del Vescovo di Bologna concede licenza a Bettino d'Angelino notaio di redigere in pubblica forma le scritture di Iacopo d'Angelino spettanti alla curia vescovile.

Die tercio octobris. Dictus d. vicarius concessit licenciam Betino Angelini notario . . . . .

Actum in episcopali palacio Bononie, presentibus Iohanne Caldarino decretorum doctore, Henrigipto Ugolini de Querciis et Paulino Vitalis nuncio testibus.

LXVII (993).

Prot. 4°, 1347, vol. cartaceo con cop. membr., mm. 141 × 107, c. 23 r. — Originale.

Contratto di soccida fra Misino figlio di maestro Bonfante medico e Cambio del fu Mino e Checco di Mengo sopra due buoi.

Bologna, 1347, 24 aprile.

Die XXIII aprilis.

Misinus filius magistri Bonfantis medici capelle s. Ippoliti, emancipatus a dicto suo patre, ut dixit ex instrumento scripto manu Francisci Aspetati de Cento notarii, concessit et locavit in socidam ser Cambio condam Mini de terra Funi et Checo Menghi de Funi habitantibus guardie dicte terre Funi duos boves, unum rosum cum cornibus levatis et allium bonellum cum cornibus levatis precii et extimationis XLVI librarum bononinorum hinc ad unum mensem proxime incipiendo in kalendis mensis maii proxime et finiendo etc. Pro zoaticha XVI corbibus furmenti pulcri et sine malicia ipsorum expensibus, salvo gabella etc. In fine termini restituantur boves in bono statu carnium, ut nunc sunt, et si peius essent, debeant satisfacere: pena est LX librarum bononinorum.

Actum Bononie, in capella s. Ipoliti, in statione habitationis dicti Misini, presentibus Blancho condam Lippi de Bazaleriis de Bononia, Raynerio Locti de Petro de Bononia et Checo Gherlo de la Volta comitatus Bononie qui se dixerunt contrahentes cognoscere et aliis testibus.

LXVIII (994).

Prot. 13°, 1349-1350, vol. cartaceo con cop. membr., di car. 102 n., mm. 135 × 103, c. 52 r. — Originale.

Nomina fatta da Deodato abate Nonantolano di Giovanni Zambeccari in suo procuratore.

Bologna, 1349, 27 agosto.

Dicta die. Reverendus pater dominus Deodatus abbas Nonantulanus constituit suum syndicum et procuratorem Iohannem de Zambecariis de Bononia presentem ad causas.

Actum Bononie, in curtile palatii habitationis dicti domini abbatis, presentibus sapienti viro domino Iohanne de Gusbertis legum doctore qui dixit, etc. Guidone filio dicti d. Iohannis et Buchino filio Guidonis de Buchis de Bononia et aliis testibus.

LXIX (995).

Ivi, c. 65 *r*.

Nomina fatta di Bertrando di s. Artemia studente in diritto canonico in suoi procuratori di maestro Bonaventura da Castello, Nicolò suo figlio e Giovanni bidello.

Bologna, 1349, 30 ottobre.

Die penultimo octobris.

D. Bertrandus de sancta Arthemia scolaris in iure canonico constituit suos procuratores in solidum magistrum Bonaventuram de Castello, d. Nicolam eius filium et Iohannem bidellum ad omnia, etc.

Actum Bononie, in domo habitationis dicti d. Nicolai, presentibus d. Petro de Pitignis de Burgundia scolare Bononie in iure civili, d. Petro de Vale Agosta scolare in iure canonico et Bartolomeo Iohannis testibus.

LXX (996).

Ivi, c. 83 *r*.

Nomina fatta da Virgilio da Bucaniglio studente di diritto canonico in suoi procuratori di maestro Beltramino della Pieve di Cento e Beltramino Guazzoni di Cuneo.

Bologna, 1350, 25 febbraio.

Die XXV februarii.

Vergilius condam Iacobi de Bucaniglio Mediolanensis diocesis, scolaris Bononie in iure canonico studens, non revocando etc. constituit magistrum Beltraminum de Plebis Centi Bononiensis diocesis et d. Beltraminum Guazoni de Cento canonicum Plebis de Auzmo et dominum Thomam de ecclesia licet absentem in solidum.

Canonicus ecclesie sancti Petri de Ogiate Cumane diocesis.

LXXI (997).

Prot. 7°, 1351, vol. cartaceo con cop. membr., di car. 56 n., mm. 145 × 110, c. 47 r. — Originale.

Confessione di debito di Colombino del fu Simone Oizoni di Pavia scolaro verso Franceschina d' Inghilterra.

Bologna, 1351, 15 novembre.

Die XV novembris.

D. Columbinus condam d. Symonis Oizonis de Papia scolaris Bononie studens in utroque iure, sciens se teneri domine Francischine condam Benedicti de Inghiltera et uxori Iacobini de Nisia que moratur Bononie in dicta capella sancti Cristophori, donavit eidem LX libras bononinorum quas recepit etc.

Actum in ecclesia monasterii sancti Michaelis de busco, presentibus d. Iohanne filio p. Galiaci de Bonellis de Peragnano scolari studenti Bononie in iure civili qui dixit etc., dompno Iohanne rectore ecclesie sancte Marie de Riosto, Iohannino de Cigniteno de partibus Delfinatus, qui moratur Bononie in capella s. Prosperi, Yseppo Anthonio de Merzario capelle sancti Laurentii porte Sterii de Bononia testibus.

LXXII (998).

Prot. 7°, 1335, vol. cartaceo con cop. membr., di car. 48 n., mm. 145 × 105, c. 34 r. — Originale.

Assoluzione da scomunica pronunziata da Andrea Pelizzari dottore di leggi vicario del Vescovo di Bologna a favore di Viviano da s. Fabio cappellano di s. Michele de' Leprosetti.

Bologna, 1355, 23 settembre.

Dicta die XXIII semptembris.

Venerabilis vir dominus Andreas de Pilizariis legum doctor priorie ecclesie sancti Anthonii prope Bononiam, reverendi in Christo patris domini Iohannis Dei et apostolice sedis gratia Episcopi Bononiensis vicarius generalis, commisit presbitero Iacobo decano ecclesie sancti Michaelis de Leproxeto Bononie quod absolvat presbiterum Vivianum sancti Fabii capellanum in ecclesia predicta sancti Michaelis ab excomunicatione, quam incurrit ex eo quod percussit Galaotum de Meçovilanis archipresbiterum plebis sancte Marie de Gena Bononiensis diocesis cum pugno in fatie dicti Galaoti, ex qua percussione de hore dicti Galaoti sanguis exivit. Ipsumque restituisse comunioni et sa-

cramentis ecclesie iuxta formam ecclesie consuetam, recepto ab ipso presbitero de parendo mandatis ecclesie corporaliter iuramento . . . . .

Actum Bononie, in episcopali palatio, presentibus presbitero Gratiolo rectore ecclesie sancte Lutie Bon., dominis Iacobo de Prehuntis et Bartholomeo de Martellis de Bononia decretorum doctoribus testibus ad predicta vocatis et rogatis.

LXXIII (999).

Prot. 9°, 1357, vol. cartaceo, con coperta membr., di c. 60 n., mm. 148 × 110, c. 3 *r*. — Originale.

Contratto fra Torello amanuense e Ioannolo da Gallarate per una copia della prima parte della Novella di Giovanni d'Andrea sulle Decretali.

Bologna, 1357, 3 gennaio.

Die tertio ianuarii.

Turellus condam Cursini scriptor capelle s. Proculi promisit et pacto expresso convenit scribere domino Iohannolo de Galerate primam partem Novelle editam per d. Iohannem Andree super decretalibus de tam bona littera sicut incepit in primo quinterno, et dare eidem d. Iohannolo omni mense quatuor quaternos scriptos, et d. Iohannolus promisit dare eidem Turello XVIII solidos bononinorum pro quolibet quaterno. Qui Turellus se realiter et personaliter obligavit ad predicta et sub pena XX solidorum bononinorum ubi deficeret pro quolibet quaterno et quia laycus se supposuit iurisdictioni d. Episcopi et iuravit etc. Pena est X librarum bononinorum.

Actum Bononie, in episcopali palatio, presentibus dompno Dominico rectore ecclesie sancti Andree de Ansaldis, ser Iohanne condam d. Pauli de Cospis et Nicolao condam Iacobi de Canonicis notario testibus.

LXXIV (1000).

Ivi, c. 10 *r*.

Confessione di maestro Ugolino de' Spagnuoli dottore di fisica d'avere esercitato indebitamente l'usura.

Bologna, 1357, 16 febbraio.

Die XVI februarii.

Magister Ugolinus condam d. Pacis de Spagnolis doctor phisice civis bononiensis capelle sancti Mame per Christi gratiam sanus mente et scensu, licet corpore languens et volens, dum possibilitas sibi adest, saluti sue anime providere et cupiens ecclesiastica reci-

pere sacramenta et ad sepulturam ecclesiasticam admicti. Constitutus in presentia d. Iacopini penitentiarii d. Episcopi Bononie et notarii sponte confessus fuit se fuisse hactenus usurarium manifestum et mutuasse ad usuras in civitate Florentia et etiam in civitate Bononie et quocumque supra pignoribus, et ad instrumenta ad IIII^{or} denarios pro libra qualibet et mense quolibet, et dixit quod fatiebat confici instrumenta promissionum debitorum mutuorumque factorum, quinque de simplo eius quod erat vera sors, et quinque de duplo, et ea confici fatiebat in sui personam. Et dixit quod potuit percipere de usuris usque ad quantitatem viginti librarum bononinorum. Et consignavit duos liberculos usurarum suarum, unum longhetum et alter parvum quibus adhiberi voluit plena fides. Promisit insuper restituere omnibus ab eo usuras habere debentibus, fatiendo rationem a die contractus debiti usque ad diem solutionis sive absolutionis, finis, remissionis, et pacti de non petendo ad rationem unius denarii pro libra et quolibet mense. Pro depostis vero cancellatis voluit quod fiat ratio pro sex mensibus ad rationem IIII denariorum pro libra. Promisit insuper ulterius non fenerari, nec usuras recipere, et iuravit se alios libros rationum usurarum non habere et dampnavit heredes suos ad predicta fatienda, et quia laycus se supposuit etc. et promisit per penam non appellare etc. Sub pena CC. librarum bon. etc. cum pacto precarii etc., et pro eo fideiusserunt Aldrovandinus quondam ser Guroni de Garixendis capelle sancti Donati in quantum apparerent de bonis dicti magistri Ugolini et heredum suorum et non alterius, etc. Sub dicta pena, et iuravit, etc. Sub dicta pena.

Actum Bononie, in capella sancti Mamme, in domo habitationis dicti magistri Ugolini, presentibus dompno Bartholomeo rectore dicte ecclesie sancti Mamme, Iacobo Iohannis lardarolo et Anthonio cond. Gardi de Regio habitante Bononie in dicta capella sancti Mamme, et aliis testibus.

LXXV (1001).

Prot. 10°, 1361, vol. cartaceo, con cop. membr., di car. 95 n., mm. 150 × 105, c. 8 *r.* — Originale.

Assoluzione da debito per frate Iacopo priore di s. Barbaziano, pronunziata da Pietro Lupi dottore di leggi.

Bologna, 1361, 19 febbraio

Venerabilis vir d. Petrus Lupi legum doctor auditor domini nostri legati petiit fratri Acharisio archipresbitero plebis de Ponticlo quod absolvat fratrem Iacobum priorem sancti Barbatiani ab excomunica-

tione in eum lata quia non solvit magistro Magino de Pastrava notario audiente pro actis etc.

Actum Bononie, in hospitio dicti d. auditoris, presentibus Matheo cond. Zarloti Bonapartis notario et Iacobo fratris Martini de Serodanis testibus.

LXXVI (1002).

Ivi, c. 87 v.

Conferimento di prima tonsura a Bonaventura Bargellini con licenza di Lorenzo Pini dottore di decreti.

Bologna, 1361, 4 dicembre.

Reverendus in Christo pater dominus frater Petrus Dei gratia Episcopus Cardinalis, de licentia venerabilis viri domini Laurentii de Pinu decretorum doctoris reverendissimi in Christo patris domini Aymerici eadem gratia Episcopi bononiensis ad presens in remotis agentis vicarii generalis, Bonaventure nato Iohannis olim Bonaventure de Bargelinis civi bononiensi de legittimo matrimonio procreato, reperto sufficienti et idoneo et eidem impedimentum aliquem canonicum non obstare ad titulum sui patrimonii carathere clericalis ordinis insignivit sibique primam tonsuram contulit clericalem iuxta ritum et formam sancte romane ecclesie consuetam, iubens ex hoc per me infrascriptum notarium confici instrumentum et sui sigilli appensione muniri.

Actum Bononie, in capella sancti Martini de Aposa, in domo habitationis dicti d. Episcopi, presentibus Iohanne condam Mini selario capelle s. Marie Maioris, Vandino de Pizolis de Scanello notario et Raynerio de Balagola testibus.

ATTI DEL NOTAIO
PAOLO COSPI

PER CURA

DEL DOTT. LODOVICO FRATI

Paolo di Lorenzo Cospi, figlio del notaio precedente, fu immatricolato il 17 giugno 1353, esordiva certamente con suo padre, ma mancano i suoi rogiti dei primi tre anni. Surrogò il padre in tutti gli uffici e fu egli pure notaro della curia vescovile; nei primi anni del suo notariato trovasi nel palazzo del Podestà in presenza del giudice dell'Aquila Nicolò Barbieri da Reggio; rogò per l'abbate di Lucca, per l'abbate di Nonantola e per molti enti ecclesiastici. Venne a morte nei primi anni del secolo XV; poichè il Vescovo di Bologna sostituivagli nel 1403 Rinaldo Formaglini.

I suoi atti notarili sono contenuti in una filza unica e in quarantaquattro piccoli protocolli, mancanti dei due primi volumi, che contenevano gli atti del 1357, 1358, 1361, 1381, 1383, 1391, 1395. Gli altri volumi dei protocolli comprendono gli anni 1359-1399 ed a questi va aggiunto un grosso volume segnato ✠, dall'anno 1367 al 1377, cartaceo e membranaceo, di vario formato, e di 300 carte numerate, con coperta membranacea. Contiene pure atti di suo padre, una bolla di Papa Clemente III, colla data del 1089. Gli altri protocolli sono in formato più piccolo e misurano mm. 155 × 116.

LXXVII (1003)

Prot. ✠, 1367-77, vol. cart. e membr., di vario formato, fra un massimo di mm. 340 × 255 ed un minimo di mm. 310 × 219, di carte 300 n., con cop. membr.; c. 155 *r*. — Originale.

Licenza di far testamento dei beni patrimoniali concessa a Guido de' Romanzi rettore di S. Lorenzo.

Bologna, 1339, 3 marzo.

Guido de' Romanzi rettore di s. Lorenzo di sant' Agata, in presenza di frate Bonaccorso Dottore di decreti, abate del monastero di s. Procolo, e vicario generale del Vescovo di Bologna, supplica di poter ottenere facoltà di testare, donare, vendere e fare altri contratti dei beni patrimoniali della sua diocesi.

In Christi nomine amen. Anno nattivitatis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo nono, inditione septima, die tertio mensis martii. Universis presentis instrumenti publici seriem inspecturis pateat evidenter quod vir providus presbiter Guido condam d. Corbelani de Romantiis bononiensis civis rector ecclesie sancti Laurentii, de terra sancte Aghate ac canonicus plebis terre sancte Aghate bononiensis diocesis, in presentia venerabilis et religiosi viri domini fratris Bonacursii decretorum doctoris abbatis monasterii sancti Proculi Bononiensis . . .

Actum in episcopatu Bononie, presentibus discretis viris presbitero Prospero d. Parvolini de Primaditiis de Bononia, dominis Andrea de Guantariis de Senis et Dominico Petri Roxelli iuris peritis, Zanne Gerardi de Bononia capelle sancte Marie minoris et Bartholomeo condam Ugutionis de Bononia capelle predicte et aliis testibus ad predicta vocatis specialiter et rogatis.

LXXVIII (1004).

Ivi, c. 50 r.

Licenza concessa a Giovanni da Leuco, arcidiacono della Pieve di s. Maria di Cento di potere studiare diritto canonico a Bologna.

Bologna, 1342, 5 agosto.

Paulus etc. dilecto filio nobis in Christo Iohanni de Leuco archipresbitero plebis sancte Marie de Cento Bononiensis diocesis salutem in domino. Querentibus in agro studii scientie margaritam, que donum dei nobilitat et decorat, eo libentius nostri favoris gratiam exhibemus quo per ipsos ecclesia domini decentius decoratur. Cum igitur, sicut proposuisti coram nobis pridie, in canonico iure studens et adhuc in dicto iure in studio bononiensi intendas asistere; eaque scientia ac moribus et doctrina insigniri desideres, nobis cum instantia humiliter supplicasti ut residendo personaliter in dicto studio, vel alio seu ex quavis causa alia re contingeret absentari absentemque manere, personalem residentiam in dicta tua plebe facere, nec ad dandum et consignandum camerario dicte plebis XXXVI libras bononinorum, iuxta formam constitutionis, dudum edite inter archipresbiterum et canonicos dicte plebis per bone memorie dominum Arnaldum episcopum bononiensem minime tenereris constitutione predicta, que sic incipit: Arnaldus dei et apostolice sedis gratia episcopus bononiensis. Dilectis nobis in Christo filiis archipresbitero, canonicis et capitulo plebis nostre sancte Marie de Plebe Cento nostre bononiensis diocesis salutem in domino. Sempiterna pastoralis officii nostri etc. Et sic finit: Datum Bononie, in hospicio habitationis nostre anno domini M° CCC° XXVIII°, ind. XI[a], die ultimo mensis decembris pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri Iohannis divina provvidencia pape XXII anno duodecimo; et aliis synodalibus quibuscumque aut quovis iure in contrarium editis non obstantibus, tecum dispensare de speciali gratia dignaremus. Nos itaque considerantes attentius quot e quanta honores et comoda secum ducat gloriosa peritia litterarum et cupientes quod per hec ad honoris et studii apicem provehatis, tuis propterea iuri consonis supplicationibus annuentes; ut residendo personaliter in dicto studio bononiensi, vel alio, seu ex quavis causa alia te contigeret absentare et absentem manere, in dicta plebe personaliter residere, nec ad contributionem dictarum XXXVI librarum bononinorum dicte plebis camerario annis

singulis solvendarum iuxta formam dicte constitutionis, nullatenus teneatis, quamquam fructus, redditus et proventus ac etiam obventiones dicti tui benefitii in tui absentia cum integritate percipere valeas et habere ac si in ea personaliter resideres, fatiendo tantum eidem plebi loco tui, in divinis per unum ex canonicis dicte plebis in sacerdotali ordine constitutum vel per substitutum idoneum deserviri, prout tibi placuerit, quem arbitrio tuo relinquimus, et in hoc tuam conscientiam oneramus. Constitutione predicta per dictum d. Arnaldum Bononiensem episcopum editam, et quibuscumque aliis constitutionibus sinodalibus, vel aliis, aut quovis iure in contrarium editis non obstantibus, usque ad quatuor annos proxime secuturos a data presentium computandos, tecum de dono specialis gratie dispensamus. In quorum omnibus testimonium presentes litteras fieri fecimus et sigillo vicarii curie episcopalis bononiensis in pendenti munimine roborari

Datum et actum in episcopali palatio bononiensi, die quinto mensis augusti, MCCCXLII, ind. X, pontificatus sanctissimi patris et domini Clementis divina providentia pape sexti anno primo.

LXXIX (1005).

Ivi, c. 200 *r*.

Dispensa per beneficî ecclesiastici concessa dal vescovo a Pietro decano della chiesa di s. Giacomo de' Carbonesi.

Bologna, 1347, 18 febbraio.

Bertrando vescovo di Ostia concede a Pietro decano della chiesa di s. Giacomo de' Carbonesi di potere continuare a godere i beneficî del canonicato di s. Maria di Tossignano benchè assente.

Bertrandus miseratione divina Ostiensis Veletrensis episcopus, apostolice sedis legatus, dilecto nobis d. Petro dechano ecclesie santi Iachobi de Charbonensibus bononiensis salutem in Domino . . . . .

Ego Antonius Ioannis de Seta civis bononiensis imperialli et churie episcopalis autoritate notarius sup[rascriptum] *** seu transchritum per Thomam notarium publichum infraschritum sunptum et exenplatum et suis veris **** non viciatis, non chancelatis, nec in alia suarum parte suspetis, in presencia venerabili[s] viri domini fratris ** abatis monasterii santi Prochuli Bononie decretorum dotoris . . . . . presentibus sapientibus viris dominis Bertolucio de la Chalcina decretorum dotore, domino Petro Roselli iuris perito, *** Charnevalio rectore ecclesie santi Ipoliti bononiensis, Marchexino condam domini Dondidei de Tranchedis, Bertolu[tio] Lencio condam domini Pauli de-

cretorum dotoris de Bononia, Bonagracia condam Martini de Lamola notario p **** epischopalis bononiensis et aliis pluribus testibus tam presbiteris, quam laicis ad premisa vochatis et specialiter [rogatis].

LXXX (1006).

Ivi, c. 242 *r.*

Supplica di Romeo Cospi scolaro di diritto canonico per ottenere un canonicato.

Bologna, (1352)

Forma supplicationis ad impetrandum sub expectatione.

Supplicat S. V. devotus vir Romeus natus Lentii de Cospis de Bononia scolaris in iure studens in subdiaconatus ordine constitutus quatenus sibi specialem gratiam facientes de canonicatu ecclesie bononiensis dignemini providere. Predicta vero, si qua in eadem ecclesia vacat ad presens, vel quamprimum inibi vacare contigerit, conferendam eidem Romeo dignemini reservare, cum inhibitione, reservatione, decreto et clausula auterri. Non obstante quod capellaniam ad altare beate Marie in eadem ecclesia et clericatum ruralis ecclesie sancte Agathe de Predosa bononiensis diocesis, que modici valoris existunt, noscitur obtinere. Cum ceteris non obstante clausulis et executoribus oportunis ut in forma. Sine alia lectione.

LXXXI (1007).

Prot. 20°, 1356, c. 28 *r.* — Originale.

Confessione di debito fatta da Francesco d'Alberto Perganelli a Guglielmo scolaro nello studio bolognese.

Bologna, 1356, 27 aprile.

Franciscus Alberti Perganelli sindicus et conversus monasterii sancte Margarite de Bononia, ut patet de suo publico instrumento scripto manu Lentii de Cospis de Bononia notarii, fuit confessus et contentus habuisse et recepisse X libras bononinorum a domino Guillelmo scolari bononiense, dante et solvente suo nomine et vice et nomine dompni Iohannis mansionarii cleri civitatis, ad quas dictus dompnus Iohannes dare et solvere tenebatur ocaxione cuiusdam sequestri penes eum facti ad petitionem dompni Dominici capelle sancte Margarite. Renuntians exceptioni etc. Que omnia etc. pena est X librarum et eius precibus et mandato discretus vir dompnus Albericus capellanus d. bononiensis episcopi et magister Iohannes con-

dam Vandini extiterunt fideiussores si appareret dictum dompnum Dominicum per aliquam legittimam probationem debere recipere dictas decem libras quod dicte domine solvent. R. etc.

Actum in monasterio sancte Margarite, presentibus domino Virgundo condam domini Stephani de Austria scolari studenti in iure canonico et Paulo condam Baroni de Imola stipendiario domini nostri.

LXXXII (1008).

Ivi, c. 31 *v*.

(Manca la trascrizione dell' atto notarile)..

Bologna, 1356, 19 maggio.

Actum Bononie, in domo habitationis dicti d. Andree, presentibus fratre Henrico scholari bononiensi, studenti in iure canonico, de Papia, domino Iustino domini Iohannis scholari bononiensi studenti in iure canonico et domino Gerardo filio domini Iohannis de Bagatis capelle sancti Michaelis de Leproxeto de Bononia, studente in iure civili testibus.

LXXXIII (1009).

Ivi, c. 32 *v*.

Nomina di Zino di Guidinello da Castel san Pietro e di Lenzo Cospi a procuratori dei canonici di s. Vittore e di s. Giovanni in Monte in una loro lite.

Bologna, 1356, 30 maggio.

I canonici di s. Vittore e di s. Giovanni in Monte nominano Zino di Guidinello da Castel san Pietro e Lenzo di Paolo Cospi loro procuratori nella causa con Pietro di Martino ed in tutte le altre liti e questioni che potessero avere.

Die XXX maii.

Convocatis et ad capitulum congregatis venerabilibus viris canonicis sanctorum Victoris prope Bononiam et Iohannis in monte de Bononia . . . . .

Actum Bononie, in capitulo dicte ecclesie sancti Iohannis in monte, presentibus fratre Iacobo priore domus et hospitalis cruciferorum prope Bononiam, d. magistro Guillelmo de Christianis doctore

phisice, magistro Geminiano de Puntis de Regio scholari Bononiensi in scientia phisice testibus.

LXXXIV (1010).

Ivi, c. 47 *v*.

Consegna di libri fatta da frate Biagio a Raimondo di Ugo.

Bologna, 1356, 3 ottobre.

Dicta die.

Venerabilis vir dominus Raimundus Ugonis subcolectarius domini Colocord confessus fuit sibi consegnatos fuisse a fratre Blasio unum librum decretalium XXV quaternorum, qui incipit: Gregorius episcopus etc. et unam Clementinam VII quaternorum cum testo et cum glosis a parte anteriore, quas dictus frater Blasius dixit esse monasterii sancte Marie in Cosadim Ravennatis diocesis.

Actum Bononie, in monasterio, presentibus fratre Petro abbate sancte Lutie, fratre Iohanne de Lovatis et Mathiolo Loli de Florentia.

LXXXV (1011).

Ivi, c. 48 *r*.

Nomina di procuratore fatta da Francesco arciprete della pieve di s. Gemignano di Marano.

Bologna, 1356, 5 ottobre.

Francesco arciprete della pieve di s. Gemignano di Marano nomina in suo procuratore per qualsiasi inquisizione relativa alla sua curia Iacopo della Paglia.

Die quinto octubris. Dominus Franciscus archipresbiter plebis sancti Geminiani de Marano . . . . .

Actum in capella sancte Marie de Hosilitis, sub porticu antheriori episcopatus, presentibus domino Iohanne canonico tridentino scholari Bononie in iure canonico, Nicolao Ghilini sartore capelle sancti Proculi et Iacobo condam Dominici capelle sancti Georgii de Pozale.

LXXXVI (1012).

Prot. ✠, 1367-77, c. 221 *r.* — Originale.

Lettera del Card. Egidio Albornoz a Tommaso di maestro Paolo medico.

Imola, 1358, 18 luglio.

Egidio Albornoz vescovo di santa Sabina concede « Thomasio nato magistri Pauli medici clerico bononiensi » il canonicato e la prebenda di s. Colombano, volendo concedergli grazia speciale per i suoi meriti come studente « in gramaticalibus ».

Reverendo in Christo patri et domino domino . . . . . Dei et apostolice sedis gratia episcopo Bononiensi ac venerabilibus viris . . . . . capitulo singulisque canonicis ac personis ecclesie sancti Columbani Bononie . . . . .

Datum Imole XV kal. augusti, pontificatus domini Innocentii Pape VI anno septimo.

LXXXVII (1013).

Prot. 13°, 1364, vol. cartaceo di c. 64 n., mm. 155 × 110 con coperta membr., c. 8 *r.* — Originale.

Pagamento fatto da Alamanno de' Bianchi a maestro Giuliano da Fagnano dottore di fisica.

Bologna, 1364, 2 aprile.

« Magister Iulianus cond. Bartholomei de Fagnano doctor phisice » confessa di aver ricevuto da Alamanno de' Bianchi tredici fiorini d'oro pagatigli a nome del podestà di Bologna.

Die secundo aprilis.

Magister Iulianus cond. Bartholomei de Fagnano doctor phisice . . . .

Actum in massaria, presentibus ser Ricardo de Fantutiis et Thomace de Blanchitis testibus.

LXXXVIII (1014).

Prot. ✠, 1367-77, c. 146 *v.*

Proibizione di vendere libri dati in pegno ad un usuraio da Tommaso Magnani.

Bologna, 1364, 13 dicembre.

Die veneris XIII decembris.

Prefatus d. vicarius commisit, imposuit et mandavit quatenus ex sui parte vadat et precipiat Thome de Magnanis quod sub excomunicationis et centum florenorum auri pena, duos libros nomine usurarum olim Buvalelli de Grafonibus nepotis olim Iohannis Guelfi usurarii, quos habet penes se, non debeat exibere absque dicti domini vicarii licentia speciali, sed ipsos libros eidem d. vicario statim post preceptum sibi factum debeat presentare. Et hoc pro restitutione usuraria dicti Buvalelli facienda alia etc.

Die iovis XIIII decembris. Constitutus in presentia prefati domini sedentis etc. Thomas condam domini Gandulfi de Magnanis et iuratus per dictum dominum vicarium si d. aliquos libros etc. Respondit et dixit quod olim Iohannes Guelphus comodavit sibi duos libros et credit quod fuerunt duo digesti veteres, quos ipse testis pignoravit ser Michael sive ser Mello iudeo usuratori, qui moratur in strada sancti Vitalis pro libris centum bononinorum, et dixit quod predicta fuerunt iam est unus annus cum dimidio, et dixit ipse testis quod post aliquos menses dictus Iohannes voluit dictos libros et ipse testis non volens dictos libros reluere dictus Iohannes misit per Simonem bidellum unum codicem et duos digestos veteres in scambium predictorum aliorum duorum librorum; qui tres libri adhuc etiam sunt in pignore apud dictum Mellum, ad petitionem dicti Thome, pro libris LXXV bononinorum, et pro merito dixit tamen ipse testis, quod dictos libros dictus Mellus deposuit penes d. Benedictum de Libris.

Qui dominus vicarius mandavit personaliter dicto Thome presenti, audienti et inteligenti, quod sub excomunicationis et centum florenorum auri pena, aplicandorum camere dicti domini bononiensis episcopi, et in pios usus convertendi secundum dicti domini episcopi providentiam et voluntatem, predictos libros, nec aliquem eorum, quando eos reluerit venum debeat exhibere, nec aliqualiter consentire quod alteri dentur vel restituantur, cum hoc sit quod dictus Iohannes fuerit usurarius et cautionem prestiterit de usuris restituendis; ac etiam fuerit heres olim Buvalelli sui nepotis usurarii, qui etiam cavit de usuris per eum extortis restituendis. Et sic dicti libri pro restitutione usurarum olim predictorum Iohannis et Buvalelli sint obligati.

LXXXIX (1015).

Prot. 28°, 1365, vol. cart., con cop. membr., di mm. 155×110, di c. 87 n., c. 5 r. — Originale.

Licenza di celebrare nella chiesa di s. Biagio di Castel de' Britti concessa a frate Pietro priore di s. Maria di Riva del Sasso.

Bologna, 1365, 12 gennaio.

Gerardino vicario del vescovo di Cologna concede a frate Pietro priore di s. Maria di Riva del Sasso di poter celebrare nella chiesa di s. Biagio di Biagio di Castel de' Britti.

Die XII ianuarii. Prefatus d. Gerardinus vicarius . . . .
Presentibus domino Laurentio de Pinu, domino Iacobo de Castrobritonum et Iacobo d. Felini testibus.

XC (1016).

Ivi, c. 15 r.

Nomina di procuratori fatta da Pietro Ghibellini dottore di leggi.

Bologna, 1365, 16 febbraio.

« Sapiens vir d. Petrus Ghibelinus legum doctor » rettore della chiesa di s. Maria della Misericordia a Ferrara elegge per suoi procuratori Giovanni della Schiappa, Stefano Pastorelli e Guglielmo di Francia oltramontani ed Ugo Gasmarti con Alberto Riccoboni ed Alberto de' Signori di Modena.

Die XVI februarii. Sapiens vir d. Petrus Ghibelinus legum doctor ...
Actum in capella sancti Isaie, in domo dicti d., presentibus Leula Leuratenus Barleterus Dionensis scolari Bononie in iure civili et Iacobino condam Alberti de Pedamontibus habitante cum dicto domino Petro testibus.

XCI (1017).

Filza unica, 1359-1396, n. 70. — Originale.

Sentenza esecutoria relativa al testamento di Filippo del fu Ansaldino Semeti.

Bologna, 1365, 3 ottobre.

Filippo del fu Ansaldino nel suo testamento del 24 luglio 1354, per rogito di Giovanni di Domenico da Castagnolo, fra gli altri

suoi legati lasciava, dopo la morte di sua figlia Iacopa, una casa a suo fratello Vinciguerra ed un' altra confinante con Pietro Ruggeri voleva che fosse venduta da detto Vinciguerra da Ansaldino suo figlio e Ansaldino suo nipote figlio di Bencevenne, erogandone il ricavato a beneficio dell'anima del testatore. Il vicario generale, dopo la morte di Filippo e di sua figlia Iacopa, invitava i commissari a dare esecuzione al legato relativo alla vendita di detta casa.

In Christi nomine amen. Nos Gerardinus de Robertis archipresbiter et canonicus bononiensis reverendi in Christo patris domini Aimerici Dei et apostolice sedis gratia bononiensis episcopi vicarius generalis . . . .

Lata, lecta et in hiis scriptis pronuntiata fuit dicta sententia per venerabilem virum dominum Gerardinum vicarium antedictum pro tribunali sedentem Bononie, in episcopali palatio, ad solitum banchum iuris, presente dicto Ansaldino Vinciguerra comissario predicto, et presentibus sapienti viro domino Laurentio de Pinu decretorum doctore, Lentio condam domini Pauli de Cospis notario de Bononia, Nicolao condam Iacobi de Canonicis et Iacobo cond. Guillelmi de Lamola notario episcopatus Bononie testibus ad predictam sententiam audiendam vocatis et rogatis; sub annis a nattivitate Domini MCCCLXV, inditione tertia, die tertio mensis octubris, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini d. Urbani divina providentia pape V anno tertio.

XCII (1018).

Ivi, n. 68.

Legato di Lapa del fu Pietro Corvolini vedova del fu Rigoglioso di maestro Giovanni Bertozzi di Medicina al convento di s. Maria delle Vergini.

Bologna, 1366, 12 gennaio.

Donna Lapa del fu Pietro Corvolini e vedova « ser Rigoglosii condam magistri Iohannis Bertotii de Medicina », abitante sotto la parrocchia di s. Leonardo, il 6 giugno 1347 fece testamento lasciando a suor Orsolina sua sorella lire 5 di bolognini. Alla morte di suor Orsolina voleva che fosse data al convento di s. Maria delle Vergini la somma di 50 lire per restaurare la loro chiesa, I restauri furono fatti e le monache facevano istanza per essere rimborsate delle spese fatte.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCLXVI, inditione IIII, die [XII ianuarii . . . .]. Cum hoc sit quod domina Lapa

Philipa, vocata domina Lapa condam domini Petri Coruolini et uxor olim ser Rigoglosii condam magistri Iohannis Bertotii de Medicina . . . .

Actum Bononie, in episcopali palatio ad banchum iuris, presentibus sapienti viro d. Laurentio de Pinu decretorum doctore de Bononia, Nicolao cond. Iacobi de Canonicis et Thoma cond. Anthonii de Luneris notario episcopatus Bononie testibus ad premissa vocatis et rogatis.

XCIII (1019).

Prot. XI, 1366, mm. 155×110, di c. 92 n., con coperta membr., c. 8 *r*. — Originale.

Prestito di lire 25 fatto da Lorenzo Pini a Guglielmo da Faenza.

Bologna, 1366, 22 gennaio.

Guglielmo da Faenza confessa di aver avuto « a domino Laurentio de Pinu » il prestito di lire 25 di bolognini da restituirsi a sua richiesta.

Dicta die XXII ianuarii. Guillelmus condam *** (1) de Faventia fuit confessus habuisse a domino Laurentio de Pinu ex causa mutui libras XXV bononinorum, quas eidem promixit restituere ad omnem sui voluntatem etc., et hoc in presentia dicti d. vicarii et se sumisit iurisdictioni dicti d. episcopi etc.

Actum Bononie, in curtili episcopatus, presentibus presbitero Iohanne rectore sancti Andree de Platixiis, Iacobo de Montibus, qui dixerunt etc. et Thoma de Lanceis testibus.

XCIV (1020).

Ivi, c. 14 *r*.

Battesimo per procura di un figlio di Tommaso degli Obizzi.

Bologna, 1366, 4 marzo.

Die quarto martii.

Dominus Ieronimus de Ieronimis decretorum doctor tenuit ad baptismum natum nobilis militis d. Thome de Opizis, vice et nomine Guasparis condam d. Vannis de Suxinena de Ubaldinis baptizatum per presbiterum *** (2). Presentibus d. Gabriele de Vulteris scolari Bononie in iure studenti, Anthonio de Zuntinis, etc.

(1) Spazio bianco.

(2) c. s.

XCV (1021).

Ivi, c. 39 r.

Protesta di Giovanni da Legnano.

Bologna, 1366, 13 giugno.

Die XIII iunii.

Sapiens vir d. Iohannes de Lignano utriusque iuris doctor protestatus fuit in presentia testium et mei notarii infrascripti, d. Nicolao archidiacono cremonensi et d. Cathelano procuratore d. episcopi cremonensis, quod per eum non stabat et quod protestabat de penis etc.

Actum Bononie, super claustro ecclesie sancti Proculi, presentibus d. Euxebio et aliis testibus.

Manca il contenuto della protesta.

XCVI (1022).

Filza unica, 1359-1396 n. 1-84, cartaceo originale, mm. 310×212, n. 66. — Originale.

Vendita di un appezzamento di terreno a Monte Paderno da Chiara del fu Martinone da Napoli a Giovanni da Legnano.

Bologna, 1366, 30 agosto.

In Christi nomine amen. Anno nattivitatis eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo sexto, inditione IIII, die penultimo mensis augusti, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Urbani divina providentia pape V anno quarto.

Georgius condam Michaelis de Argille notarius de Bononia capelle sancti Proculi, procurator et procuratorio nomine domine Clare alias dicte Clarina, filie condam Martinoni de Napoli olim habitatoris Bononie, in capella sancti Mame, et nunc habitatrix in burgo de Clavate Mediolanensis diocesis, heredis domine Laxine condam Iacobi Brunechi eius matris et domine Saraxine filie condam dicti Martinoni eius sororis, ad infrascripta habuit plenum mandatum, ut constat ex instrumento scripto manu Guillelmi de Scola filii condam domini Paxii Bulgi de Clavate dicte diocesis et subscripto seu rogato manu Phylipoli de Lachanale notarii in MCCCLXIIII, die quarto decembris a me Paulo notario infrascripto viso et lecto.

Protestatione sua premissa quod per hunc contentum non intendit ipse Georgius nec vult se nec bona sua propria mobilia vel immobilia obligare iure proprio et im perpetuum dedit, venditit et tradidit sapienti viro domino Iohanni de Lignano utriusque iuris excel-

lentissimo doctori ibidem presenti pro se et suis heredibus recipienti et ementi unam petiam terre aratorie, prative, vineate, beduste et buscive decem tornaturarum salvo plus, vel minus, cum una domo cupata superextante, positam in terra Paderni comitatus Bononie, in loco dicto lo monte, iuxta viam publicam, iuxta successores domini Ghelli de Paderno, iuxta heredes Bertholini condam Ugolini de Paderno, iuxta ser Petrum batiloro de Bononia et iuxta dominam Betam condam Dardi de Bononia et iuxta alios veriores confines si qui dicte rei vendite veriores esse reperirentur.

Ad habendum, tenendum et possidendum, et quicquid dicto domino Iohanni emptori et eius heredibus deinceps placuerit perpetuo faciendum cum omnibus et singulis que infra predictos continentur confines, vel alios, si qui forent veriores, cum accessibus et agressibus suis usque in vias publicas. Et cum omnibus et singulis que dicte rei vendite insubsunt ac coherere et accedere possunt et debent de consuetuo iure, consuetudine vel de facto, quorum omnium comodum et utilitas ad dictum emptorem et eius heredibus de cetero spectet et pertineat. Et hoc nominatim pro precio et nomine precii dicte rei vendite in summa quinquaginta librarum bononinorum; quod pretium totum et integrum dictus dominus Iohannes emptor eidem Georgio procuratori, venditori prefato, coram testibus et me notario infrascripto in florenos auri valentibus dictam quantitatem quinquaginta librarum bononinorum dedit, solvit, numeravit, tradidit et dimisit. Prout díctus Georgius venditor, procurator predictus dictum precium ibidem et in presenti recipiens, confessus et contentus fiut tantum esse, cumque ex causa predicta habuisse et integre recepisse. Renuntians exceptioni et non dati, non soluti, non numerati, non habiti et non recepti dicti pretii ex causa predicta et omni alii legum et iuris auxilio. Et volens ex hoc dictus Georgius procurator in eumdem dominum Iohannem emptorem omnem dicte rei vendite possessionem et quasi transferre procuratorio nomine quo supra constituit illam se pro dicto domino Iohanne emptore et eius nomine possidere et quasi donec de ea possessionem acceperit corporalem, quam intrandi, accipiendi et retinendi sua propria auctoritate eidem emptori dicto nomine licentiam omnimodam dedit. Nec non promictens dictus Georgius venditor procuratorio nomine dicte domine Clare eidem domino Iohanni emptori pro se et suis heredibus, stipulanti et recipienti de dicta re vendita, vel aliqua euis parte nullam de cetero per se, vel alium, seu alios de iure, vel de facto litem, questionem, controversiam, vel molestiam eidem emptori, vel suis heredibus, vel habenti causam ab eo inferre, movere, vel referre, aut inferrenti, moventi, vel referrenti consentire; sed dictam petiam terre cum domo superextante et cum omni suo iure et consuetudine

in proprietate et possessione eidem emptori et suis heredibus legittime defendere, auctorizare et disbrigare in iudicio et extra in omnem casum et eventum ab omni persona, comuni, collegio et universitate, et a quibus cumque colectis, prestantiis, impositionibus et oneribus impositis et etiam imponendis pro extimo seu causa dicte domine Clare pro comune Bononie, seu quacumque aliam personam et a quolibet alio onere, comuni et municipali de cuius quidem rei vendite emetione, nutione et defensione dictus Georgius procurator dicto nomine in omnem casum se legittime et solemniter obligavit. Paciscens et expresse conveniens dictus Georgius procurator eidem emptori, ut supra, stipulanti predicte rei vendite, possessionem vacuam, liberam et expeditam esse et nullo modo advocatoriam et sic ipsum emptorem in ea facere et esse omnibus pociorem. Et si quo tempore lis, questio, controversia, vel molestia moveretur, vel inferreretur eidem emptori, vel suis heredibus, vel habenti causam ab eo, de ipsa re vendita, vel aliqua eius parte tam per libelli oblationem, quam alio quocumque modo de iure, vel de facto; ipsam litem, questionem, controversiam, molestiam et libellum et omnem causam tam principalem, quam provocatoriam, ipsam dominam Claram in te suscipere et transferre totiens quotiens eidem domine Clare et eius heredibus personaliter, aut ad domum sue habitationis a parte dicti emptoris denuntiatum et protestatum fuerit, et eiusdem emptoris ac dicte rei vendite deffensori legittime se offerre tamquam legittimum defensorem cum satisdationibus idoneis iudicatum solvi et omnia alia facere opportuna ut in ipsam dominam Claram causa quelibet totaliter transferratur, quam causam omnibus eius expensis, casibus, periculis et obventibus, usque ad finem peraget.

Que omnia et singula si non fecerit, aut predicta omnia ita vera esse, ut predicitur, non apparuerint et propterea, aut pro ipsa re vendita defendenda, dictus emptor, vel sui heredes dampnum aliquod pateretur, vel expensas aliquas fecerit in iudicio sive extra, ipsum dampnum, expensas et interesse, ipsa domina Clara ad integrum eidem emptori et suis heredibus dabit, restituet et persolvet infra tertium diem postquam eidem domine Clare personaliter vel ad domum eius habitationis modo predicto denuntiatum et protestatum fuerit; sive ipsa res vendita empta fuerit, sive non; quia sic pacto expresso ad invicem convenerunt.

Remissa ex nunc per pactum eidem emptori et suis heredibus appellandi necessitate, si contra eum super principali causa contingeret iudicari. Acto etiam inter dictum Georgium procuratorio dicto nomine et dictum d. Iohannem emptorem expresse quod non possit dicta domina Clara seu eius heredes dicere opponere vel allegare quod eidem emptori, vel suis heredibus facta fuerit iniuria, vel iniu-

stitia, aut quod propter suam culpam, negligentiam, vel defectum, ex parte sua contingentem, a possessione dicte rei vendite ceciderit, vel causam amiserit quin imo, lata contra ipsum emptorem, vel eius heredes super principali causa totum precium supradictum quinquaginta librarum bononinorum cum pena dupli et omni suo dampno, expensis et interesse, ad integram eidem emptori et suis heredibus dabit, reficiet, restituet et persolvet infra octo dies imediate sequentes postquam eidem domine Clare modo predicto denuntiatum et protestatum fuerit a parte dicti emptoris, omni iuris et facti exceptione remota, Que omnia et singula suprascripta et infrascripta promisit dictus Georgius procuratorio dicto nomine eidem domino Iohanni emptori ut supra, stipulanti et recipienti perpetuo firma et rata habere et tenere, observare, adimplere et in nullo predictorum contrafacere, vel venire per aliqua ratione, causa, vel ingenio, de iure, vel de facto; sub pena dupli pretii supradicti, in singulis capitulis huius contractus solempni stipulatione premissa, eaque pena soluta vel non, predicta omnia et singula firma et rata perdurent.

Item reficere et restituere eidem emptori et suis heredibus omnia et singula dampna, expensa et interesse litis et extra; pro quibus omnibus et singulis firmiter obbligavit dictus Georgius procurator eidem domino Iohanni emptori omnia et singula dicte domine Clare bona mobilia et immobilia, et iura presentia et fuctura.

Actum Bononie, in capella sancti Proculi, in domo habitationis dicti d. Iohannis de Lignano emptoris, presentibus sapienti viro domino Nicolao de Zanaxiis decretorum doctore archidiacono Cremonensi, domino Philipo domini Petri Caraffe de Napoli scolari in Studio bononiensi in iure, Guillelmo condam Guizardi de Pizano notario bononiensi, qui dixit et asseruit se predictos cognoscere contrahentes et partes predictas, et Iohanne condam Dominici capelle sancti Vitalis Bononie, testibus ad premissa vocatis et rogatis.

Nota mei Pauli filii Lentii de Cospis notarii bononiensis, qui de predictis fui rogatus publice conficere instrumentum.

Pubbl. da F. Bosdari in *Atti e Memorie della R. Deputazione storia patria per la Romagna,* Ser. III, vol. XIX, p. 93 (Bologna 1901).

XCVII (1023).

Prot. ✠, 1367, c. 127 *r*.

Lettera commendatizia a favore di Andrea Burgatti Genovese scolaro nello Studio di Bologna.

Ponte Sorgue, 1366, 1 settembre.

Gregorius episcopus servus servorum Dei Dilecto filio Bernardo priori Marammade ordinis sancti Benedicti Aggenensis diocesis sa-

lutem et apostolicam benedictionem. Cupientes paterno more dilectum filium Andream Burgatum natum dilecti filii Bartholomei Burgati civis ianuensis, qui probe indolis ultra vires etatis, acuto ingenio, sed facultatibus carens ad scientie-margaritam prudenter aspirat, in bononiensi Studio imbui liberalibus disciplinis, ut acumine quodam dotatus, ex alto fortunis quibus eget apostolica pietate iuvetur discretioni sue, per apostolica scripta mandamus, quatenus eundem Andream suscipiens propentius commendatum, in aliquo honesto loco dicti Studii studens collocare, sub aliquo perito magistro illius scientie, quam intendit adiscere, provisurus eidem de libris, hospicio et idonea comitiva et aliis ad studium opportunis, ita quod in hiis penuriam non sentiat, vel defectum. Et ecce venerabili fratri nostro episcopo paduano apostolice sedis nuncio damus per alias nostras litteras in mandatis ut eidem Andree iuxta tui prudentiam de summa pecunie perinde necessaria usque ad annos tres curet infalibiliter providere.

Datum apud Pontem Sorgie Avinionensis diocesis, kalendis septembris, pontificatus nostri anno quarto.

XCVIII (1024).

Prot. 40°, 1367, vol. cart., con cop. membr., mm. 150×110, di c. 96 n., c. 10 *r*. — Originale.

Pagamento fatto da Lorenzo Pini dottore di decreti.

Bologna, 1367, 24 gennaio.

« Dominus Laurentius de Pinu decretorum doctor » a nome di Gesia sua moglie paga a Iacopo del fu Nicolò de' Tederisi, a nome di Lippa del fu Iacopo Beccadelli, lire 4 e soldi 10 di bologuini per l'affitto di natale.

Die XXIIII ianuarii. Dominus Laurentius de Pinu decretorum doctor vice et nomine domine Gexie sue uxoris solvit Iacobo condam ser Nicolai de Tederixiis, vice et nomine Lipe et domini Iacobi de Bechadellis libras IIII, soldos X bononinorum pro affictu festi nativitatis proxime preteriti.

Actum Bononie, in capella s. Iacobi et Philipi, presentibus Petro de Fero, Francisco condam Bornioli de Bertalia et d. Michele de Vulteris testibus.

XCIX (1025).

Ivi, c. 64 *v.*

Inventario dei beni della chiesa di s. Ambrogio consegnato a frate Hartwig di Hamme tedesco studente in diritto canonico.

Bologna, 1367, 11 settembre.

« Dominus presbiter Hartuuicus de Hamme (1) de Alamania inferiori scolaris in iure canonico » riceve da frate Giuliano dell'ordine degli Umiliati, a nome dell'arciprete della pieve di Monteveglio, la consegna di tutti i beni della chiesa di s. Ambrogio.

Die XI septembris. Dominus presbiter Hartuuicus de Hamme de Alamania . . . . .

Actum in ecclesia sancti Ambrosii, presentibus domino presbitero Roberto de Anglia et fratre Iacobo de Chazano testibus.

C (1026).

Prot. 29°, 1368, vol. cartaceo, mm. 150×110, di c. 114 n., con cop. membr., c. 22 *v.* — Originale.

Mutuo fatto a Pietro di Parisio di Iasia studente in diritto civile.

Bologna, 1368, 27 marzo.

Die XXVII martii.

Venerabilis vir dominus Petrus filius Parixii de Iasia Ligonensis diocesis scolaris in Studio bononiense, studens in iure civili, sub auditorio domini Roberti d. Bartholomei de Saliceto, in presentia testium et mei notarii infrascriptorum fuit confessus et contentus etc. habuisse et recepisse a reverendo patre domino fratre Petro abbate monasterii sancti Georgii maioris de Venetiis collectore pro domino nostro papa et sancta romana ecclesia et mutuante de pecunia camere apostolice solidos sexaginta ianuenses auri. Renuntians etc. Quam quantitatem promixit ipsi domino colectori restituere, dare et integre consignare in civitate Bononie, si mandare erit alias sibi, vel domino Gerardino archipresbitero Bononie subcolectori curie antedicte, in civitate predicta, hinc ad festum nativitatis proxime venturum etc. Pro

(1) *Hartwicus de Hamme.* Cfr.: Knod. *Deutsche Studenten in Bologna*, p. 183, n. 1322.

quibus omnibus obligavit omnia sua bona etc. Promittens etc. sub pena LX ianuensium, qua pena etc. Pro quibus etiam voluit convertire posset realiter et personaliter ubicumque et in quocumque et civitate, villa, etc. et sub quocumque iudice ecclesiastico vel seculari etc. et promixit non contradicere, vel opponere alicui monitioni, sententia, etc. Insuper iuravit corporaliter ad sancta Dei evangelia, tactis scripturis, contra predicta non venire, dicere, etc.

Actum Bononie, in hospitio leonis, presentibus domino Nicolao de Peredo partium cognitore, domino Iacobo abbate monasterii sancti Thome Torcellani testibus, et Petro de Marcho filio condam Guidonis Catarcensis diocesis testibus.

CI (1027).

Bologna, 1374, 6 novembre.

Die lune sexto novembris.

Doctoratus fuit in medicina magister (1) et interfuerunt magistri Petrus Aristotiles, Christoforus de Honestis et Iohannes de Chazzano, Baldeserra de Confortis qui fuerunt induti cum eo. Guido de Prehuntis, Martinus de Herris, Guillelmus de Christianis, Iohannes de Barberiis, Paulus de Buvalinis, Petrus de Tossignano, Martinus de Cento, Guidotus de Domalfole, Iohannes de Chazano, Iohannes de Muglo, magister Petrus de Varignana et magister Christoforus fecit sermonem. Non habuit insignia. Presentibus domino Bertholdino abbate sancti Felicis, domino Anthonio Terra, fratre Karolo, comite Francisco et aliis testibus.

(1) Il nome è lasciato in bianco.

CCXV (1141).

Ivi. c. 60 r.

Presentazione di Biagio da Argelata al rettorato della chiesa di s. Maria e s. Iacopo d'Argelata fatta da Lorenzo Pini.

Bologna, 1374, 13 novembre.

Die XII novembris. Dominus Laurentius de Pinu procurator domini Andree et episcopi Tricaricensis et domini Ieronimi de Sancto Ieronimo et filiorum olim domini Federici domini Iohannis Andree patronorum ecclesie sancte Marie et sancti Iacobi de Argellata p. s. Gargii, presentaverunt ad rectoratum dicte ecclesie, nuper rectore vacantis per professionem factam per fratrem Iacobum de Argellata in monasterio de Castrobritonum reverendo patri domino B[ernardo] episcopo bononiensi, presbiterum Blasium condam Iohannis de Argellata rectorem; et dominus episcopus admisit presentationem et commisit fieri edictum cum termino sex dierum.

Actum Bononie, in episcopali palatio, in camera de medio.

CCXVI (1142).

Ivi. c. 25 r.

Presentazione di frate Antonio da Bologna e di Angelo da Venezia Lettori in teologia.

Bologna, 1374, 3 dicembre.

Die tertio decembris. Magister Petrus de Senis ordinis Servorum, magister sacre theologie, presentavit ad lecturam sententiarum pro anno presenti domino Iacobo de Castrobritonum vicecancellario etc. fratrem Anthonium de Bononia dicti ordinis in loco Servorum. Item magister Michael de Bononia ordinis Carmelitarum presentavit dicto domino Iacobo dominum Angelum de Venetiis presentem ad lecturam sententiarum pro anno presenti in loco fratrum sancti Bernardi ordinis Cisterciensium, in sacrista ecclesie bononiensis, presente magistro Matheo de Pozeto ordinis Heremitarum.

Actum in sacristia ecclesie bononiensis, presente magistro Matheo de Pozeto ordinis Heremitarum.

CCXVII (1143).

Ivi, c. 75 *r*.

Pagamento fatto da Giovanni da Reggio scolaro.

Bologna, 1374, 6 dicembre.

Die sexto decembris. D. Iohannes condam Antonii de Regio scolaris solvit domino Iohanni de Imola pro domino Bartholomeo de Saliceto, pro anno presenti et pro testibus de Gavaseto pro anno presenti libras II, solidos XVIII, denarios IIII.

Actum Bononie, in audientia episcopatus, presentibus domino Francisco priore canonice et domino Laurentio de Cardano testibus.

CCXVIII (1144).

Prot. 36°, 1375, vol. cart. con cop. membr., di c. 85 n., di mm. 155 × 110, c. 24 *r*. — Originale.

Scrutinio dell' esame in teologia di frate Odorico da Forlì domenicano.

Bologna, 1375, 3 febbraio.

Scruptinium fratris Odorici de Forovilii ordinis Predicatorum, presentati coram domino Iacobo de Castrobritonum in hac parte commissario domini B. episcopi bononiensis cancellarii per magistrum Leonardum de Ianua provintialem dicti ordinis, examinandi in sacra theologia propter licentiam publicam in scientia postmodum assumendam; cuius privato examini in episcopali palatio interfuerunt: magister Iacobus de Abellis ordinis Predicatorum, magister Iohannes de Parma ordinis Minorum et magister Ricardus de Anglia ordinis Minorum.

CCXIX (1145).

Prot. 16°, 1376, vol. cartaceo, con cop. membr., di c. 91 n., mm. 155 × 110, c. 27 *v*. — Originale.

Presentazione di Rodrigo decano di Selva esaminando in diritto canonico.

Bologna, 1376, 2 aprile.

Dominus Laurentius de Pinu decretorum doctor, vice et nomine dominorum Iohannis de Lignano et Ieronimi de Sancto Ieronimo

decretorum doctorum, presentavit domino Iacobo de Castrobitonum decretorum doctori, priori collegii doctorum iuris canonici, dominum Rodoricum decanum Silvensem subiciendum privato exanimi doctoris iuris canonici etc. et dominus Iacobus presentationem admisit et recepit iuramentum etc.

Actum Bonomie, in canonica ecclesie bononiensis, presentibus domino Iohanne de Fantutiis iuris utriusque doctore et Simone bidello testibus.

CCXX (1146).

Ivi, c. 41 *r.*

Presentazione di Fernando Sancty di Cordova per la lettura della bibbia.

Bologna, 1376, 10 maggio.

Dominus magister Iacobus de Abellis ordinis Predicatorum sacre theologie professor regens in collegio bone memorie dommi Sabinensis, presentavit domino Iacobo de Castrobritonum vicecancellario etc. dominum Fernandum Sancty de Cordua ibidem presentem ad lecturam biblie in dicto collegio pro anno proximo futuro. Qui dominus Iacobus vice cancellarius dictam presentationem admisit in quantum potest.

Actum Bononie, in ecclesia cathedrali sancti Petri, nullis aliis presentibus.

CCXXI (1147).

Ivi, c. 89 *r.*

Collazione di prima tonsura ad un figlio di Girolamo da San Girolamo dottore di decreti.

Bologna, 1376, 8 dicembre.

Die lune octavo mensis decembris festa conceptionis B. M. V.

Reverendus in Christo pater dominus Petrus episcopus Cadicensis de licentia domini Iacobi de Castrobritonum vicarii domini bononiensis episcopi contulit primam clericalem tonsuram Federico nato quondam domini Ieronimi de Sancto Ieronimo decretorum doctoris de Bononia iuxta formam ecclesie.

Actum in ecclesia monasterii sancti Michaelis in Buscho prope Bononiam, presentibus fratre Martino condam Villani de Bononia professo dicti monasterii, fratre Nerio filio Zoli de Bononia ordinis

Carmelitarum, Iacobo condam Dixii de Bononia et Iacobo de Carbone testibus.

CCXXII (1148).

Prot. 18°, 1377, vol. cartaceo, con cop. membr., di mm. 155×110, di c. 86 n., c. 4 r. — Originale.

Presentazione di Michele dell'Ospitale fatta da Giovanni da Legnano e Lorenzo Pini per una capellania vacante.

Bologna, 1377, 2 febbraio.

Dicta die.

Domini Iohannes de Lignano et Laurentius de Pinu decretorum doctores procuratores domini Andree episcopi Tricaricensis, patroni capellaniarum sitarum in ecclesia bononiense unitarum ad altare quatuor doctorum, ac etiam nominibus filiorum domini Ieronimi de Sancto Ieronimo patronorum dictarum capellaniarum nunc vacantium per ingressum in monasterio sancti Salvatoris factum per presbiterum Iacobum de l'ospitale, presentaverunt domino Egidio de Pompuni canonico capituli bononiensis presbiterum Michaelem de l'ospitale presentem et petentem etc. et dictus dominus Ægidius dictam presentationem admisit sicut et in quantum etc. et commisit fieri edictum cum termino trium dierum.

Actum Bononie, in ecclesia bononiense, presentibus domino Ubaldino de Chazanimicis, domino Petro de Boncompagnis, Iohanne Virgilii testibus.

CCXXIII (1149).

Ivi, c. 6 r.

Confessione di debito fatta da Gualterio da San Severino scolaro a Bartolomeo da Saliceto.

Bologna, 1377, 7 febbraio.

Die sabati VII februarii.

Dominus Gualterius de Sancto Severino scolaris in iure civili clericus in presentia domini Iacobi de Castrobritonum vicarii sedentis etc. confessus fuit se esse debitorem domini Bartholomei de Saliceto legum [doctoris] in quantitate ducatorum septuaginta ex causa mutui ad terminum (1) mensium, ut continetur etc. Item dominus Gualterius predictus, ad istantiam dominorum ibidem pre-

(1) Spazio bianco.

sentium et dicentium (1) recepit preceptum sub excomunicationis pena de non discedendo de civitate Bononie hinc ad tres menses etc. Item sententie late sunt in scriptis. Et finit: plenissime precepta.

Actum Bononie, in ecclesia cathedrali, iuxta sextarium, presentibus supranominatis, et unus ponatur pro alio, ac Albertutio de Albertutiis testibus.

CCXXIV (1150).

Ivi, c. 14. *v.*

Concessione di canonicato della chiesa di s. Antonio ad Ugolino de' Preti.

Bologna, 1377, 4 marzo.

Ubaldino de' Caccianemici priore della chiesa di s. Antonio concede il canonicato di essa, vacante per la morte di Iacopo Scriba, ad Ugolino d'Antonio de' Preti.

Die merchurii IIII martii.

Dominus Ubaldinus de Chazanimicis prior ecclesie sancti Anthonii...

Actum Bononie, in ecclesia cathedrali s. Petri, presentibus domino Stephano condam Iacobi de Capua et domino Guasparo condam Nelli de Civitate Castelli scolaribus in iure civili et Petro condam Dominici de Fixiis capelle sancte Marie Maioris testibus.

CCXXV (1151).

Ivi, c. 21 *r.*

Confessione di pagamento rilasciata da Onesto di San Martino Caccianemici a Giovanni da Romano.

Bologna, 1377, 22 aprile.

Die XXII mensis aprilis.

Presbiter Honestus sancti Martini de Chazanimicis pizolis fuit confessus quod Iohannes de Romano expendit in domo etc. in totum libras XXV quas habuit pridie ut in alio instrumento.

Actum Bononie, in ecclesia cathedrali, presentibus presbitero Benedicto decano sancti Iacobi, magistro Paulo condam Hugolini medico capelle sancti Petri et Marcellini et magistro Andrea sancti Iacobi in pilipario capelle sancti Laurentii testibus.

(1) c. s.

CCXXVI (1152).

Ivi, c. 22 r.

Presentazione di Zanobi da Firenze al rettorato della chiesa di s. Damaso.

Bologna, 1377, 27 aprile.

Iacopo da Castel de' Britti ed Egidio de' Pompili canonici e camerarii del capitolo di Bologna con altri canonici confermano la presentazione di Zanobi da Firenze, fatta il 21 aprile, a rettore della chiesa di s. Damaso.

Dicta die.

Dominus Iacobus de Castrobritonum . . . .

Actum Bononie, in sacristia interiori ecclesie bononiensis, presentibus presbitero Iohanne Muglolo mansionario dicte ecclesie, presbitero Iohanne rectore sanctorum Iacobi et Philipi de Platixiis Bononie, domino Marcho filio Zennis de Florentia scolari in iure canonico et domino Iohanne Virgilii testibus.

CCXXVII (1153).

Ivi, c. 32 v.

Presentazione di Federico di Girolamo da san Girolamo dottore di decreti al rettorato della chiesa di s. Quirico in Budrio.

Bologna, 1377, 7 giugno.

Dominus Laurentius de Pinu decretorum doctor procurator domini Andree episcopi Tricaricensis, filius olim domini Federici domini Iohannis Andree, ex instrumento scripto (1) ac etiam vice et nomine Iohannis filii et heredis olim domini Ieronimi de Sancto Ieronimo decretorum doctoris patronorum ecclesie sancti Quirici de terra Butrii bononiensis diocesis, presentavit domino Iacobo de Castrobritonum decretorum doctori canonico bononiensi, vicario domini B. episcopi bononiensis in remotis agentis, Federicum natum domini Ieronimi predicti ad rectoratum dicte ecclesie nunc rectore vacantis per uxorationem magistri Meliti de Forlivio olim eiusdem ecclesie

(1) Spazio bianco.

rectoris, petens et dicens etc.; dominus vicarius dictam presentationem admisit si et in quantum etc. et commisit fieri edictum in forma cum termino sex dierum.

Actum Bononie, in capella sancte Marie de Charariis, in domo habitationis dicti domini Iacobi, presentibus fratre Blasio quondam Petri canonico plebis sancte Marie de Montebellio, domino Petro de Boncompagnis scolari in iure civili, Fabiano condam (1) lanarolo et Petro de Castrobitonum testibus.

CCXXVIII (1154).

Ivi, c. 67 r.

Processo contro Biagio di maestro Pasio della Pieve di Cento scolaro in grammatica.

Bologna, 1377, 27 luglio

Die XXVII iulii.

Processus factus per abbatem sancti Stephani pro Blasio filio magistro Paxii de Plebe Centi scolari in grammaticalibus super perceptionem fructuum clericatus sancti Blasii de Cento.

Actum Bononie, in monasterio sancti Stephani, presentibus fratre Anthonio priore sancti Blasii de Cento, domino Egidio de Pompuno canonico bononiense, domino Egidio de Fabriano procuratore in curia episcopali.

CCXXIX (1155).

Prot. 37°. 1378, vol. cartaceo, con cop. membr., mm. 155 × 110 di c. 87 n., c. 27 r. — Originale.

Collazione di prima tonsura a Giorgio del fu Simone da Maniaco.

Bologna, 1378, 28 febbraio.

Die dominico XXVIII et ultimo frebruarii. Reverendus pater dominus Petrus episcopus Cardicensis de licentia domini Nicolai de Uzano vicarii domini bononiensis episcopi, de qua potest per litteras etc. contulit primam tonsuram Georgio condam Simonis de Maniaco, habenti litteras dimissorias domini episcopi Cardicensis secundum formam ecclesie etc.

Actum Bononie, in domibus dicti domini episcopi, presentibus magistro Iacobo filio ser Francisci de Feraria habitante Bononie in

(2) Spazio bianco.

capella sancti Thomae de merchato medio, magistro Fabio condam Petri Lucheti de Pedamontium diocesis Turenensis scolari bononiensi in gramaticalibus et Francisco Lamberti de Spilamberto familiari dicti domini episcopi testibus.

CCXXX (1156).

Ivi, c. 35 *v*.

Pagamento di decime al collegio Gregoriano.

Bologna, 1378, 19 marzo.

Die veneris XVIIII martii.

Venerabilis vir dominus Perinetus Tericii Aurelianus rector scolarium collegii Gregoriani bononiensis, dominus Nicolaus de Boscheto dominus Iohannes de Arliacho, dominus Castrutius de Petrasancta, dominus Guillelmus de sancto Romulo, dominus Iohannes de Bosignacho, dominus Nicolaus de Verulis et dominus Gerardus Clauelis omnes scolares collegii antedicti fuerunt confessi et contenti habuisse et recepisse a presbitero Petro de Parma sacrista ecclesie bononiensis, receptore decime nuper imposite per dictum dominum nostrum papam prelatis et clericis civitatis et diocesis bononiensis per venerandum nostrum dominum Gerardinum de Robertis archipresbiterum bononiensis ecclesie, subcolectorem apostolicum specialiter deputatum, dante et solvente eidem rectori et scolaribus de pecunia dicte decime ad eius manus perventa, vigore litterarum ipsi presbitero Petro per dictum ser Gerardinum directarum, ac etiam litterarum per reverendum patrem dominum Bernardum abbatem sancti Nicolai in litore de Venetiis colectorem apostolicum vicariis domini bononiensis episcopi super hiis transmissarum ducatos viginti auri. Et hoc pro necessitatibus et substentatione ipsorum rectoris et scolarium.

Guglielmo di Francesco brentatore, capellano di s. Caterina di Saragozza confessa pure d'avere ricevuto da prete Pietro 40 ducati d'oro per lo stesso collegio Gregoriano; e Virgilio del fu Gerardo Magnani di s. Giovanni in Persiceto confessa di avere avuto dal medesimo prete Pietro 40 ducati d'oro.

Actum Bononie, in sacristia ecclesie bononiensis, presentibus ser Petro de Argellata mansionario in ecclesia bononiense et Iohanne condam Martini de Duglolo notario bononiense testibus.

CCXXXI (1157).

Prot. 21°, c. 52 *v*.

Laurea in teologia di Fernando di Cordova.

Bologna, 1378, 8 novembre.

Die lune octavo novembris.

Magister Fernandus de Corduba fuit aulatus et magistrale biretum accepit per magistrum Iacobum de Abellis vicecancellarium etc. ordinis Predicatorum, et interfuerunt dicte aule in ecclesia bononiense infrascripti magistri sacre pagine, quorum nomina sunt hec: magister Bernardus de Bononia ordinis Carmelitarum, magister Iulianus de Venetiis ordinis Servorum, magister Petrus de Tolosa ordinis Predicatorum, magister Michael de Bononia ordinis Heremitarum, magister Guido de Bononia ordinis Predicatorum. Testes: dominus Bartholomeus abbas sancti Felicis, dominus Rodulfus prior sancti Iohannis in monte, dominus Petrus bononiensis, dominus Anthonius de Presbiteris, dominus Iohannes de Lamola et alii.

CCXXXII (1158).

Prot. 39°, 1379, vol. cart. con cop. membr., di c. 94 n., di mm. 150 × 115, c. 37 *v*. — Originale.

Presentazione al rettorato della chiesa di s. Maria di Bonconvento e di s. Iacopo di Borgo Panigale fatta da Pietro Canetoli dottore di leggi e da suo figlio.

Bologna, 1379, 21 febbraio.

Die XXI februarii. Dominus Petrus de Canitulo legum doctor, dominus Lambertinus eius filius, patroni ecclesie sancte Marie de Bonconvento et sancti Iacobi de Burgo Panichalis sine cura unitarum, presentaverunt ad rectoratum dictarum ecclesiarum vacantium per uxorationem (1) filium domini P. Zavarsuri reverendissimo patri et domino domino Philippo cardinali et legato etc. ac amministratori bononiensis ecclesie et petierunt confirmationem institutionis etc. et ipse mandavit fieri edictum in forma cum termino trium dierum.

(1) Manca il nome.

Actum Bononie, in episcopali palatio, in camera que est supra voltam, presentibus domino Rainaldo Fregia archipresbitero gaietano, Blasio condam Thomae de Medicina notario bononiense et Ugolino condam Rodulfi de Ubertis testibus.

CCXXXIII (1159).

Ivi, c. 76 *v.*

Nomina di procuratore fatta da un professore di teologia.

Bologna, 1379, 2 maggio.

Dicta die secundo maii. Religiosus vir magister (1) de Plebe Sachi paduanus minister fratrum Minorum provincie bononiensis, sacre theologie professor, facit suum procuratorem fratrem Aldrovandinum de Lugo ordinis prelibati sacre theologie professorem presentem ad appellandum appellationes prosequendum curie et ad terminum cum potestate substitutionis. Et hoc in presentia reverendissimi patris et domini Philippi legati etc. qui eum trasmittit ad alias partes.

Actum Bononie, in episcopali palatio, in camera que est supra voltam, presentibus reverendo patre domino Iohanne episcopo Ortonense, domino Dominico abbate monasterii sancti Stephani Bononie et domino Martino de Glemona archidiacomo Acquileiense testibus.

CCXXXIV (1160).

Prot. 24°, 1379, vol. cartaceo, di mm. 150 × 115. c. 28 *v.*— Originale.

Giuramento di maestro Guido da Bologna domenicano al collegio teologico.

Bologna, 1379, 11 luglio.

Die lune XI iulii.

Magister Michael de Sechadenariis ordinis Heremitarum sacre theologie professor vicecancellarius studii theologie, magister Bernardus ordinis Carmelitarum, magister Aldrovandinus de Lugo, omnes magistri sacre theologie receperunt ad collegium dicti studii magistrum Guidonem de Bononia ordinis Predicatorum, qui iuravit in manibus dicti vicecancellarii servare statuta etc.

Actum Bononie, in sacristia ecclesie bononiensis, presentibus presbitero Lando capellano in dicta ecclesia ad altare sancte Marie et Thoma cond. (2) bidello dicte univesitatis testibus.

(1) Spazio bianco.
(2) c. s.

CCXXXV (1161).

Ivi, c. 35 *r.*

Presentazione di frate Albertino Rossi di Piacenza Lettore di teologia.

Bologna, 1379, 23 luglio.

Die XXIII iulii.

Magister Iohannes de Cremona ordinis Minorum sacre theologie professor et frater Matheus de Quartirolo guardianus fratrum Minorum loci Bononie presentaverunt fratrem Ubertinum Rubeum de Placentia ministrum bononiensem ordinis Minorum electum in generali capitulo in festo pentecostes Serigonii celebrato, ad legendum sententias in universitate Bononie cum sequela magisterii et executione bachalaureatus offitii, prout in litteris continetur etc., ac fratrem Andalò de Imola eiusdem ordinis Minorum una cum litteris fratris Thome cardinalis etc. ad lecturam prout in litteris etc. tamquam idoneum etc.

Magistro Michaeli de (1) ordinis Heremitarum vicecancelario etc. magistro Iohanne de (2) ordinis Heremitarum; magistro Laurentio de Bonomia ordinis Servorum; magistro Iuliano de Venetiis ordinis Servorum; magistro Guidone de Guetiis ordinis Predicatorum, qui eos ad predicta admiserunt, et dictus vicecancellarius recepit iuramentum.

CCXXXVI (1162).

Ivi, c. 75 *r.*

Presentazione di frate Giovanni Barbarani e di altri a letture da tenersi in vari collegi e monasteri.

Bologna, 1379, 23 settembre.

Die veneris XXIII septembris.

Magister Michael de Sechadinariis ordinis Heremitarum vicecancellarius, magister Anthonius de Bononia ordinis Servorum, magister Bartholomeus de Stra' maiori et magister Guido de Guetiis ordinis Predicatorum, existentes congregati in sacristia ecclesie bononiensis, primo incorporaverunt domum Celestinorum positam iuxta domos illorum de Galutiis universitati eorum. Dominus magister Bartholomeus presentavit dicto domino in vicecancellario fratrem Iohan-

(1) Spazio bianco.
(2) c. s.

nem Barbaranum de ordine Predicatorum ad lecturam sententiarum pro anno presenti in domo domini Sabinensis, in quo alius non venerit debito, et ubi alius venerit dominus vicecancellarius examinare petiit ipsum in dicto loco Celestinorum.

Qui frater Iohannes iuravit quod in crastino leget in collegio domini Sabinensis, si faciet expedit per magistrum regentem in dicto collegio, vel per ipsum in domo Celestinorum per dominum vicecancellarium. Item iuravit statuta.

Dictus magister Guido presentavit fratrem Simonem de Saltarellis de Florentia ordinis Servorum pro anno presenti in domo Predicatorum.

Item magister Guido predictus presentavit fratrem Benedictum Francisci de Florentia ordinis Predicatorum ad lecturam sententiarum in domo fratrum sancti Bernardi et iuravit.

Item dominus magister Guido presentavit fratrem Thomam de Firmo ordinis Predicatorum ad lecturam biblie pro anno fucturo in conventu sancti Dominici et iuravit.

Item dominus magister G. presentavit fratrem Marchum de Bononia dicti ordinis ad lecturam biblie pro anno presenti in conventu Predicatorum et iuravit.

Item dominus magister G. presentavit fratrem Iohannem condam Blasii ordinis Predicatorum ad lecturam biblie in collegio sancti Bernardi pro anno presenti et iuravit.

Magister Bartholomeus regens in collegio domini Sabinensis presentavit dominum Gueterum Fernandi de Fontepudior ad lecturam biblie pro anno presenti in dicto collegio et iuravit.

Actum Bononie, in sacristia, presentibus Thoma bidello et fratre Anthonio de Tarvisio Sordinis ervorum testibus.

Item prefati fratres omnes presentati ordinis Predicatorum et frater Andalò de Imola ordinis Minorum iuraverunt non recipere doctoratum alibi quam in Bononia, nec impetrare a sede apostolica litteras etc.

Item magister Anthonius presentavit fratrem Lambertinum de Bononia tamquam sufficientem et qui explevit lecturam etc. ad magisterium, qui d. vicecancellarius dictum presentatum admisit.

CCXXXVIII (1163).

Ivi, c. 70 *v*.

Confessione di debito rilasciata da Telio Garcia di Soria scolaro e studente in diritto canonico a Martino di Giovanni da Soria.

Bologna, 1379, 21 settembre.

Die XXI septembris.

Dominus Telius Garsie de Soria archipresbiter de Gomera Oxoniensis diocesis, scolaris studens Bononie in iure canonico, fuit confessus habuisse ex causa mutui ducatos XXX auri a domino Martino Iohannis de Soria etc. quos eidem promixit restituere hinc ad festum sancti Martini mensis novembris proxime venturi obbligatione etc. cum pacto precarii etc.

Actum Bononie, in episcopali palatio, presentibus presbitero Thoma archipresbitero sancti Georgii, presbitero Iohanne ecclesie sancti Donati et aliis.

CCXXXVII (1164).

Ivi, c. 78 *v*.

Presentazione di Marcellino da Conegliano francescano lettore di teologia.

Bologna, 1379, 26 settembre.

Die lune XXVI septembris.

Magister Bartholomeus de Strata maiore et frater Bartholomeus de strata Sancti Vitalis custos fratrum Minorum loci Bononie presentaverunt fratrem Marchelinum de Coneglano bachalarium ordinis Minorum ad lecturam sententiarum in collegio domini Sabinensis pro anno presenti, magistro Michaeli ordinis Heremitarum vicecancellario etc. qui admisit dictum presentatum de consensu et presentia magistrorum Anthonii ordinis Servorum decani, Bartholomei de Strata maiore ordinis Predicatorum et Guidonis de Guezis dicti ordinis.

Actum Bononie, in sacristia, presentibus presbitero Hugo clerico sacrista et Thoma testibus.

CCXXXIX (1165).

Ivi, c. 87 *v*.

Ammissione al collegio teologico di maestro Dionisio da Modena e maestro Giovanni da Cremona.

Bologna, 1379, 12 ottobre.

Die XII octubris.

Magister Michael de Sechadenariis vicecancellarius etc. admisit ad collegium etc. magistrum Dionisium de Mutina provincialem

ordinis Heremitarum et magistrum Iohannem de Cremona ordinis Minorum regentem in conventu bononiensi, qui iuraverunt etc.

Actum Bononie, in ecclesia cathedrali, apud altare maius, presentibus presbitero Iohanne archipresbitero plebis sancti Stephani de Ponticbio et Franceschino de Ludoisiis testibus.

CCXL (1166).

Ivi, c. 92 *v.*

Laurea in teologia di frate Iacopo de' Tederisi.

Bologna, 1379, 24 ottobre.

Frater Iacobus de Tederisiis de Bononia ordinis Minorum aulatus fuit et biretum magistrale recepit per magistrum Iohannem de Cremona ordinis Minorum, regentem in conventu fratrum Minorum auctoritate apostolica qua fungitur in hac parte, presentibus magistro Michaele de Sechadenariis ordinis Heremitarum vicecancellario, primo de eius mandato per dictum fratrem Iacobum prestito iuramento de observandis statutis etc. presentibus etiam magistro Bartholomeo de Strata maiori ordinis Predicatorum et magistro Dionisio de Mutina ordinis Heremitarum et magistro Anthonio de Bononia ordinis Servorum decano collegii theologie; d. Andrea episcopo Cenetense.

Actum in ecclesia cathedrali, presentibus domino Bartholomeo abbate sancti Felicis, domino Bartholomeo de Saliceto, domino Andrrea de Suncino, magistro Petro Aristotiles et aliis.

CCXLI (1167).

Prot. 33°, 1379-1380, vol. cartaceo con cop. membr., di c. 60 n., mm. 155 × 110, c. 35 *v.* — Originale.

Scrutinio dell' esame in teologia di fra Giovanni Barbaro d'Aragona domenicano.

Bologna, 1380, 20 gennaio.

Scruptinium fratris Iohannis Barbaro de Ragonia ordinis Predicatorum, presentati coram magistro Michaele de Sechadenariis ordinis Heremitarum vicecancellario, presentibus: magistro Bartholomeo ordinis Heremitarum, magistro Dionisio de Sancto Martino ordinis Heremitarum, magistro Iohanne de Cremona eiusdem ordinis, magistro Iacobo de Bononia ordinis Minorum.

CCXLII (1168).

Prot. 25°, 1380, vol. cartaceo con cop. membr., mm. 150 × 105, di c. 115 n., c. 4 *v*. — Originale.

Laurea in teologia di maestro Simone da Firenze.

Bologna, 1380, 20 luglio.

Die veneris vigesimo iulii.

Magister Simon de Florentia ordinis Predicatorum aulatus fuit et magistrale biretum recepit in ecclesia bononiensi per magistrum Michaelem de Schadinariis ordinis Heremitarum vicecancellarium etc. et magistrum Guidonem de Guetiis ordinis Predicatorum; in presentia interfuerunt magistri quorum nomina sunt hec: magister Iohannes de Sulimanis ordinis Predicatorum, magister Bernardus de Bononia ordinis Carmelitarum, magister Bartholomeus de Strata maiore ordinis Predicatorum, magister Iacobus de Tederixiis et magister Iohannes de Cremona ordinis Minorum, ac magister Franciscus, magister Iohannes de Papia, magister Bartholomeus de Venetiis ordinis Heremitarum, magister Anthonius de Bononia ordinis Servorum, magister Paulus da Sulimanis ordinis Predicatorum.

Presentibus domino Rodulfo priore sancti Iohannis in monte, domino Iacobo de Prehuntis, magistro Petro de Muglo et aliis.

CCXLIII (1169).

Ivi, c. 17 *v*.

Laurea in teologia di frate Lambertino.

Bologna, 1380, 6 agosto.

Die lune VI augusti.

Frater Lambertinus ordinis Servorum aulatus fuit in ecclesia bononiensi et magistrale biretum recepit per magistrum Anthonium de Bononia ordinis Servorum, cum consensu magistri Michaelis de Sechadenariis vicecancellarii etc. presentibus infrascriptis magistris quorum nomina sunt hec, videlicet: magister Bartholomeus de Strata maiori et magister Iohannes de Sulimanis ambo ordinis Predicatorum, magister Paulus de Sulimanis, magister Simon de Florentia et magister Guido de Preuntis ordinis predicti, magister Michael de Bononia et magister Bernardus de Bononia ambo ordinis Carmelitarum, magister Anthonius de Bononia ordinis Servorum, magister Iohannes

de Cesena et magister Bartholomeus de Venetiis, magister Urbanus de Placentia, magister Iohannes de Cremona, magister Iacobus de Tederisiis ordinis Minorum.

Presentibus fratre Andrea generali ordinis Servorum, fratre Francisco priore sancti Salvatoris, magistro Petro de Muglo, Iohanne de Burgo et aliis.

CCXLIV (1170).

Ivi c. 21 *v*.

Licenza in teologia concessa a Iacopo Tederisi e Domenico d' Arebalco.

Bologna, 1380, 12 agosto.

Die XII augusti.

Prefatus dominus magister Michael de Sechadenariis vicecancellarius etc. ad supplicationem abbatis et conventus sancti Stephani Bononie concessit licentiam magistro Iacobo de Tederixiis de Bononia ordinis Minorum legendi et regendi in dicto monasterio et fratri Dominico de Arebalcho ordinis Predicatorum presenti legendi ibidem sententias pro anno presenti.

Actum in capitulo monasterii sancti Proculi.

CCXLV (1171).

Ivi, c. 24 *r*.

Ammissione al collegio teologico di maestro Nicolò da Forlì domenicano.

Bologna, 1380, 22 agosto.

Die XXII augusti.

Magister Michael de Sechadenariis ordinis Heremitarum vicecancellarius, magister Bernardus ordinis Carmelitarum, magister Bartholomeus de Strata maiori, magister Iohannes de Sulimanis, magister Guido de Guetiis ordinis Predicatorum, magister Paulus de Sulimanis, magister Iacobus de Tederisiis ordinis Minorum, magister Anthonius de Bononia ordinis Servorum, magister Lambertinus de Bononia ordinis Servorum, magister Bartholomeus de Venetiis ordinis Heremitarum admiserunt ad eorum collegium magistrum Nicolaum de Foroiulii, ordinis Predicatorum, qui, tactis scripturis in manibus domini reverendissimi patris et domini Philipi cancelarii etc. iuravit statuta.

Item ordinaverunt, providerunt et iuraverunt non admittere ad eorum collegium aliquem deceptum et incorporare qui non fuerit de eorum universitate nisi fratrem Ludovicum de Florentia.

CCXLVI (1172).

Ivi, c. 40 *v.*

Licenza in teologia concessa a frate Luca di Giovanni da Fermo agostiniano.

Bologna, 1380, 13 settembre.

Die iovis XIII septembris.

Frater Luchas Iohannis de Firmo ordinis Heremitarum, qui die VI presentis mensis fuit examinatus private in sacra theologia, recepit licentiam publicam in dicta facultate per magistrum Iohannem de Sulimanis, qui fecit sermonem et interfuerunt omnes magistri, qui fuerunt in privato examine. Item interfuerunt magister Guillelmus (1) provincialis ordinis Heremitarum et dictus frater Luchas prestitit iuramentum etc.

Actum Bononie, in ecclesia cathedrali, presentibus fratre Iohanne episcopo Ostunense, domino Rodulfo de Rudulfis utriusque iuris doctore, Petrutio quondam domini Guidonis de Pretis et Iohanne condam Martini de Duglolo testibus.

CCXLVII (1173).

Prot. 25°, 1380, c. 44 *r.*

Laurea in teologia di frate Luca da Fermo.

Bologna, 1380, 17 settembre.

Aulatus fuit frater Luchas da Firmo ordinis Heremitarum in ecclesia bononiense, et biretum recepit per magistrum Bartholomeum de Venetiis ordinis Heremitarum, et interfuerunt illi magistri qui die iovis proxime preterito interfuerunt in licentia publica.

Actum in ecclesia bononiense, presentibus domino Bartholomeo abbate sancti Felicis, domino Iohanne da Amola, domino Bartholomeo de Saliceto et aliis testibus.

(1) Spazio bianco.

CCXLVIII (1174).

Prot. 33°, 1379-1380, c. 36 *v.* — Originale.

Scrutinio dell' esame in teologia di frate Marcolino da Conegliano francescano.

Bologna, 1380, 23 settembre.

Die XXIII septembris.

Scruptinium fratris Marcolini de Conegliano ordinis Minorum, presentati coram domino magistro Michaele vicecancellario per magistrum Bartholomeum de Strata maiori ordinis Predicatorum, examinandi etc. Interfuerunt in episcopali palatio: magister Michael predictus, magister Bartholomeus predictus, magister Dionisius de Mutina ordinis Heremitarum, magister Iohannes de Cremona ordinis Minorum, magister Iohannes Iacobi de Bononia.

CCXLIX (1175).

Ivi, c. 59 *r.*

Laurea in teologia di frate Andalò da Imola francescano.

Bologna, 1380, 10 ottobre.

Aulatus fuit frater Andalo de Imola ordinis Minorum et magistrale biretum recepit per magistrum Iohannem de Cremona ordinis Minorum, et interfuerunt infrascripti magistri quorum nomina sunt hec: magister Michael de Sechadenariis ordinis Predicatorum, magister Iohannes de Sulimanis, magister Bartholomeus de Strata maiori, magister Guido de Guetiis, magister Paulus de Sulimanis, magister Nicolaus de Foronibus, magister Simon de Florentia ordinis Predicatorum, magister Michael et magister Guillelmus et magister Bartholomeus de Venetiis ordinis Heremitarum, magister Anthonius et magister Lambertinus de Bononia ordinis Servorum.

Presentibus domino Philippo de Lignano, domino B. abbate sancti Felicis, domino Marcho de Lignano et magistro Petro de Muglo.

CCL (1176).

Ivi, c. 83 *v*.

Locazione di terreni da Giovanni Lamola canonico e dottore di giurisprudenza a Pietro Canetoli dottore di leggi.

Bologna, 1380, 16 novembre.

Dicta die XVI novembris.

Dominus Iohannes de Lamola canonicus bononiensis utriusque iuris doctor non preiudicando etc. locavit sapienti viro domino Petro de Canitulo militi et legum doctori omnes et singulas terras arativas, prativas, buscivas et alias cuiusque dictionis existunt spectantes ad dictam suam prebendam, positas in terris Canituli comitatus Bononie etc. ad terminum duorum annorum proxime venturorum inchoatorum in festo sancti Michaelis proxime preterito pro affictu primi anni XXII corbium furmenti solvendorun in festo sancte Marie mensis augusti et XV libr. bon. solvendorum eidem in festo sancti Michaelis mense septembris pro affictu secundi anni librarum XV bon. et XV corbium frumenti et XV libr. bon. solvendarum ut supra. Item locavit ut supra dicto domino Petro affictus quos habet in terra Canituli pro affictu annuo corbium XIIII frumenti solvendarum in festo predicto s. Marie.

Actum Bononie, in androna episcopatus, presentibus domino Marcho de Lignano et Ubaldino de Chazanimicis canonico bononiense partium aguntur ser Landino de Curionibus et Francisco de Brunis testibus.

CCLI (1177).

Prot. ✠, 1367, c. 85 *r*.

Licenza straordinaria concessa a Iacopo da Saliceto di leggere il Digesto nuovo od altro nello Studio bolognese.

Bologna, 1381 (?).

Philippus etc. Dilecto in Christo magistro Iacobo de Saliceto (1) legum doctori civi bononiensi salutem in Domino. Viros litterarum scientia, prudentes, suorum honestate decoros et virtutibus redeun-

(1) Prima leggevasi: *Iohanni de Fantuciis utriusque iuris doctori,* che poi fu cancellato.

tes quos augumentum gratie nostre continue devocionis studio mereri prospicimus favoris nostre gratie prevenimus prosequendo illos dignis honoribus et non unquam spetialis gratiis libentibus attollende. His igitur in te paterna consideratione pensatis, eo gratioribus donis personam tuam honorare intendentes, quo pleniorem de tuis laudabilibus meritis notitiam obtinemus, ut provisionibus, vel statutis universitatis utriusque iuris studii bononiensis, non obstantibus quibuscunque, quibus etiam, ut asseritur, inter alia cavetur, ad extraordinariam lecturam Digesti novi, vel ad aliam aliquam, alium de quatuor doctoribus forensibus salariatis tantummodo et non alium doctorem Bononie posse elligi nisi in deffectu, vel cum dispensatione, tu possis per universitatem ipsam ad eandem lecturam pro anno fucturo elligi et assumi tecum, auctoritate qua fungimur, de speciali gratia dispensamus, ac omnino iuramentum per scolares dicte universitatis super hiis prestitum quo ad premissa penitus relaxamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre dispensationis et relaxationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

CCLII (1178).

Prot. 32°, 1382, vol. cart. con cop. membr., mm. 155×110 di c. 114 n., c. 28 *v.* — Originale.

Elezione di procuratori da Baldo da Lavello dottore di legge nelle persone di Alberto da Campello e Giovanni Albiroli.

Bologna, 1382, 2 aprile

Die secundo aprilis.

Dominus Baldus de Lavello utriusque iuris doctor, nuntius apostolicus fecit suos procuratores in solidum Albertum de Campello de Placentia et Iohannem condam Virgilii Albirolis ad petendum a a clero bononiense ducatos LXV auri et debitos iuxta promissiones ei facte heri per sindicos cleri, scripte manu Iohannis de Duglolo et ad absolvendum etc. et ad causas.

Actum Bononie, in androna episcopatus, presentibus domino Andrea de Suncino vicario curie episcopalis, domino presbitero Francisco archipresbitero sancti Iohannis in Persiceto, presbitero Guidone R. sancti Nicolai de Albaris, Iacobo de Sclaricis testibus.

CCLIII (1179).

Ivi, c. 27 *v*.

Licenza concessa a prete Francesco arciprete di s. Giovanni in Persiceto di esercitare la sua giurisdizione a Bologna.

Bologna, 1382, 2 aprile.

Andrea da Soncino vicario del vescovo di Bologna concede a prete Francesco arciprete della pieve di s. Giovanni in Persiceto licenza di potere esercitare in Bologna la propria giurisdizione.

Die martis, secundo aprilis. Dominus Andreas de Suncino vicarius . . . . .

Actum Bononie, in episcopali palatio, presentibus domino Baldo de Lavello utriusque iuris doctore, Iacobo de Sclaricis canonico plebis sancte Marie de Plebe et Albertho de Campello de Placentia testibus.

CCLIV (1180).

Ivi, c. 16 *r*.

Nota di scolari in diritto civile e canonico, in notaria e medicina.

Bologna, 1382, 1 marzo.

Die primo martii.

Dominus Anthonius de Paganis scolaris in iure civili, dominus Merchior de Martellis in iure civili, dominus Thobias de Dinaglis, in iure canonico, dominus Petrus de Schaglolis in iure civili, dominus Simon de Zacharis in iure civili, dominus Bernardinus de Baisio in iure civili, dominus Anthonius de Grifonibus in iure civili, dominus Anthonius de Castellomario in dicto iure, dominus Bartholomeus de Donaglio in dicto iure, dominus magister Georgius condam Maximi in logica, dominus Baldesera condam Maximi in notaria, dominus Anthonius magistri Albertini in medicina.

Actum Bononie, in episcopali pallatio, super logia dicti episcopatus, presentibus magistro Petro condam Iuliani de Ianua studente Bononie in medicina, Romeo Tordini de Papazonibus de Bononia, Benedicto Paulini de Savignano et Iohanne de Duolo testibus.

CCLV (1181).

Ivi, c. 88 *v*.

Ricognizione di debito fatta da ser Alberto da Campello verso Palmerio de' Palmieri.

Bologna, 1382, 3 ottobre.

Ser Alberto da Campello di Piacenza procuratore « domini Baldi de Lavello utriusque iuris doctoris » riconosce di aver avuto da prete Palmerio de' Palmieri massaro del clero 60 ducati d'oro come da istrumento rogato il 1° aprile.

Die tertio octobris. Ser Albertus de Campello . . . . .

Actum Bononie, in audientia episcopatus, presentibus presbitero Philippo rectore sancti Donati, Thoma de Luca et Iohanne de Duglolo testibus.

CCLVI (1182).

Prot. 27°, 1385, c. ✠ *r*. — Originale.

Consenso del dottore Nicolò da Castello e di Jacopo da Castello al rettore della chiesa di Riosto per l'affitto di due case.

Bologna, 1385, 11 febbraio.

Die XI februarii.

Dominus Nicolaus de Castello legum doctor et Iacobus condam fratris Henrigipti de Castello patroni parochialis ecclesie sancte Luce de Castello consenserunt quod presbiter Benvenutus de Riosto rector eiusdem ecclesie possit locare duas domunculas dicte ecclesie in emphiteusim perpetuam ad terminum XXVIIII annorum, pro affictu annuo librarum septem bononinorum.

Actum Bononie, in capella s. Andree de Platixiis, in domo habitationis domini Nicolai, presentibus Betino de Castello capellano in ecclesia bononiense s. Pauli et Iacobo condam Zani de Vannis testibus.

CCLVII (1183).

Ivi, c. 1 *v.*

Presentazione del rettore di s. Maria di Castello.

Bologna, 1385, 16 febbraio.

« Dominus Nicolaus condam magistri Ture de Castello legum doctor, » ed altri della stessa famiglia presentano prete Guglielmo di Pietro da Ferrara al rettorato della chiesa di s. Maria di Castello.

Die iovis XVI februarii.

Cum parochialis ecclesia s. Marie de Castello . . . . .

Actum Bononie, in canonica ecclesie bononiensis, presente Iohanne condam Virgilii de Albirolis et (1) quondam Georgii de Ispra, habitante Bononie in capella sancte Marie de Castello.

CCLVIII (1184).

Prot. 23°, 1386-1388, vol. cart., con cop. membr., di mm. 150 × 115 di c. 290 n., c. 58 *v.* — Originale.

Vendita di un casamento da Nicolò da Castello dottore di leggi a un Sighinolfi di Nonantola.

Bologna, 1386, 3 settembre.

Dicta die tertio septembris.

Dominus Nicolaus de Castello legum doctor denuntiavit reverendo patri domino Nicolao abbati Nonantulano quod in die XVIII augusti proxime preterita vendidit unum caxamentum positum in castro Nonantule pro pretio librarum X bon. (1) de Sighinolfis de Nonantula, ex instrumento mei Pauli notarii, quem denuntiationem dictus d. abbas admisit.

Actum Bononie, in palatio dicti domini abbatis, sito in parochia sancti Georgii, presentibus fratre Donato monacho dicti domini abbatis et Francisco condam Deolai de Brunis testibus.

(1) Spazio bianco.

(2) c. s.

CCLIX (1185).

Ivi, c. 152 *r*.

Giuramento prestato da Carlo da Firenze scolaro in diritto canonico.

Bologna, 1388, 15 maggio.

Die XV maii.

Dominus Karolus de Florentia scolaris in iure canonico iuravit corporaliter ad sancta dei evangelia in manibus mei notarii quod credit in dominum nostrum Urbanum papam VI, etc.

Actum Bononie, in palatio dominorum antianorum, in camera magna, presentibus domino Thoma de Cremona, domino Marco de Lignano, domino Martino de Cremona et aliis infrascriptis canonicis.

CCLX (1186).

Prot. ✠ 1367-77, vol. cart. e membr. di vario formato, con cop. membr. di car. n. 282; c. 92 *r*.

Consiglio di Giovanni Calderini e Paolo Liazari per il monastero di Nonantola.

Bologna, sec. XIV.

Exemplum cuiusdam conscilii dominorum Iohannis Caldarini et Pauli de Liazariis pro monasterio Nonantule continentis quod dictum monasterium non debet in procuratione legatorum contribuere cum domino episcopo mutinense.

In Christi nomine amen. Monasterio sancti Silvestri de Nonantula mutinensis diocesis ordinis sancti Benedicti per romanos pontifices et imperatores multa privilegia concessa sunt, per que dicto monasterio donantur et confirmantur castra, ville, terre, silve et loca quamplurima, in quibus papalibus et imperialibus privilegiis concedi videtur abbati dicti monasterii in predictis locis et personis eorum episcopalis iurisdictio, vel quasi, merum et mistum imperium, ordinaria et plena iurisdictio in clericos et laicos. Conceduntur etiam abbati dicti monasterii, scilicet Gregorii VIIII, Honorii et Inocencii, in quibus papa mandat episcopo mutinensi ac universis episcopis, in quorum diocesibus celle et ecclesie monasterii nonantulani consistunt, quod cum ipsi una cum cellis et ecclesiis suis per se legatos et nunc apostolice sedis devote recipiant et honeste procurent ac eos recipere et substinere honera expensarum sint parati, quatenus nullus

ipsorum diocesanorum ipsos abbatem et conventum, seu ecclesias suas super premissis ulterius agravet, vel molestet, auctoritate romane ecclesie legatorum et nunc eius in omnibus semper salva, ut pro voluntate sua eidem monasterio et ecclesiis suis honus procurationis imponant. Modo frequenter veniunt legati et nuntii sedis apostolice, pro quibus papa scribit episcopis, abbatibus et aliis ecclesiarum et monasteriorum prelatis exemptis et non exemptis, seu Premonstratensibus sancti Benedicti et aliorum ordinum etc., ad quos presentes litere pervenerint, quod provideant eis in die certa de certa quantitate florenorum, pro suis expensis, non obstantibus quibuscumque privilegiis alicui ordini vel monasterio a sede apostolica concessis, quod non teneantur ad contribuendum et procurationem prestandam aliquibus nunciis, vel legatis prefacte sedis, nisi ad eos declinaverint, et quod ad id compelli, vel suspendi, vel excomunicari non possint: alioquin sententias latas per ipsos legatos habebit ratas et firmas etc.

Post hec legatus, vel nuncius sedis apostolice mandat episcopo mutinensi quod solvat L. pro parte sibi contingente de sua procuratione cum clero sue civitatis et diocesis exempto et non exempto, et quod auctoritate dicti legati compellat exemptos et non exemptos pro solutione dicte quantitatis. Modo queritur utrum abbas nonantulanus, qui habet episcopalem et ordinariam, vel quasi, iurisditionem et clerum et populum per se et merum et mistum imperium in clericos e laicos, possit compelli de iure per ipsum episcopum vigore mandati predicti ad contribuendum cum eo, et an sententiis latis per ipsum episcopum auctoritate legati ligetur ipse abbas nonantulanus et monasterium.

Christi ac gloriose virginis matris Marie eius adsint mihi suffragia, amen. Consultus ego Iohannes Caldarinus decretorum doctor super predictis duabus questionibus, respondeo, primo ad primam et dico, quod dominus episcopus mutinensis, vigore dicti mandati facti eidem per dominum legatum, non potest compellere dominum abbatem nonantulanum ad contribuendum cum eo in solutione dicte procurationis ipsius legati, quod sic probo: mandatum factum uni episcopo et per consequens ordinibus vel diocesano, ut aliquos etiam exemptos sue diocesis cogat et compescat, non completitur alium eiusdem sive parilis potestatis, si de illo alio specialis mentio non habetur, etiam si ille alius parilis potestatis, seu episcopalis ordinarie et diocesane dicatur principalem locum unde denominatur habere in diocesi diocesani cui fit commissio et mandatum. Hoc probatur XVI q. V si quis episcoporum, et II c. se., fatur de officio. or. cum episcopus l. VI; ut sicut tale mandatum non completeretur alium episcopum vel diocesanum, qui haberet diocesim omnino distinctam, ut bene probant dicta iura; ita nec dictum abbatem, qui talis censetur

vigore dictorum privilegiorum, de quibus proponitur in principio tematis; confirmatur dicta ratio quia specificatio alicuius ad alios compescendos sive compelendos, partes illi specificato non includit, nisi exprimetur ad hec, de hereticis inquisitores, l. VI. (c. 16); dictus enim abbas ea nota specifica est exprimendus, quia essent alii diocesani quorum par est in potestate, vigore dictorum privilegiorum, ff. de iniuriis, item apud L. hoc edictum de sen. exto. quia periculosum, l. VI; nec enim tale mandatum captiose debet interpretari; quod fieret, si talis, qui predicto privilegio episcopalem, sive diocesanam potestatem habet, dicatur includi cum de iure par in parem non habet imperium, de ellectione, innotuit ff. ad tro illo a quo S. tempestivum; ergo talis interpretatio indubio esset captiosa, contra id IIII dicitur autem ff. de regulis iuris quotiens nichil sine captione. Et dicta privilegia videntur ledi contra id quod habetur in Clementinis de patri archiepiscopo unde sic tamen ergo in dubio non sic fatienda est interpretatio, seu cum lesione privilegiorum, vel iurium alterius: de consuetudine, cum olim de usu palii extimatur. Item si legatus predicto modo universaliter mandaret omnibus episcopis, sive diocesanis sue legationis, planum est quod tunc non posset compelli per episcopum mutinensem dictus abbas nonantulanus, licet eius monasterium dicatur esse in diocesi mutinensi; immo per tale mandatum ipse debet compellere illos quorum censetur diocesanus, et qui sunt de locis in quibus habet episcopalem, sive diocesanam potestatem. Cum illud generale mandatum ipsum specialiter completatur quantum ad compulsionem faciendam, sicut alios diocesanos. fac. XXIII. di. quamquam de rescriptis caute alias si hoc casu posset compelli per episcopum mutinensem. Eodem modo et tali quorum censentur diocesani qui sunt de diocesi mutinensi, vel alterius episcopi legationis legati, et sicut ipse abbas et alii quorum censetur diocesani compelentur bis solvere, quod esset absurdum: de regulis iuris, bona fides (r. 83) l. VI ad predictam rationem facit illud quod dicitur quod ubi universalitatis et speciei est eadem ratio. Tantum potest is cui universaliter aliquid committitur quoad omnia sub universo contenta, quantum potest is cui specialiter id est comissum quantum ad illam speciem fatur VIIII. q. III. cum sum. de officio legati noviter de homine ut officium imperii l. VI. ff. de leg. III. si chorus in principio de administratione tutelis et duo. et. no. d. de reg. iuris in generali (r. 81), l. VI. Item, ut ex predictis coligitur, si fiat interpretatio quod in dicto mandato facto per legatum episcopo includitur dictus abbas, rei, de qua agitur, non bene adatatur, tum quia ipse abbas est paris potestatis, tum quia speciali nota est dignus, tum quia dicta privilegia videntur ledi, tum quia posset contingere quod idem compeleretur bis ad solvendum; quare talis interpretatio omnino

extranea de iure, de iure non est recipienda, ff. de regulis iuris quotiens; idem sermo de consuetudine, cum dilectus de vir. sig. abbate; preterea predictum abbatem nonantulanum cellas et ecclesias suas a dicta compulsione, et maxime episcopi mutinensis, specialiter eximunt predicta privilegia G. I. et H. ut evidenter coniicitur ex ipsorum verbis et mente, que quidem privilegia sunt perpetuo observanda XXV. q. I, c. I, II et III, de officio or. duo simul de privilegiis dilect. et e poro et se. 'alias enim nil concederetur contra id de p. in hiis de vero sig. abbate, planum est enim quod episcopus Mutinensis suo iure non posset dictum abbatem compellere ad predictam contributionem, impedientibus predictis aliis primis privilegiis, de quibus primo dixi. Ergo si predicta privilegia G. I. et H. aliquid concedunt, oportet quod inteligatur de compulsione que fieret ex mandato legati, vel alterius, qui id mandare posset, ut tunc etiam, vigore legati facti episcopo, ipse episcopus non posset abbatem compellere, nisi ipse abbas esset specialiter expressus in mandato; et hoc vult illa clausula, que ponitur in literis legatorum: non obstantibus aliquibus privilegiis alicui ordin. etc. cuius clausule vigore, legatus potest derogare dictis privilegiis G. I. et H. quod aliax non posset; sed tunc illis derogat quando in mandato facto episcopo de compulsione facienda ad contributionem, ipsum abbatem sic privilegiatum specificat, aliter non derogat fatur de dolo et cont. c. ij de re iudicata inter ut lite per c. 1. de prescriptione, veniens de privilegiis ex parte I istud a parte probat clausula que ponitur in fine dictorum privilegiorum: auctoritate romane ecclesie, legatorum et nunciorum eius in omnibus semper salva, ut pro voluntate sua eadem monasteria et celles ipsius honus procurationis imponant, cui est si, quod habetur de rescriptis, cum ordin.; igitur legatus posset per se istud honus inducere dicto monasterio, ut in dicta clausula privilegiorum habetur. Item posset hoc comittere et mandare specialiter episcopo Mutinensi, vel alteri expresso et specificato dicto monasterio, non obstantibus dictis privilegiis G. I. et H. et hec virtute dicte clausule, que ponitur in literis legationis; sed ubi monasterium non est specificatum non iucluditur in dicto mandato legati, ut clare est probatum.

Ad secundam questionem patet solutio ex predictis, videlicet quod sententiis latis per dictum episcopum prefectus abbas vel eius monasterium non ligatur, quia late sunt contra dicta privilegia, ergo sunt irrite ipso iure de excessu prelationis sane etc. cum ad quorumdam fatur quod legitur et no. de privilegio quanto. Item quis contra mentem mandatis late sunt, ut probatur per supradicta, ergo non tenent, de preben. c. ultimo.

In margine: Consilium domini P. de Liazariis super predicta materia.

Repetita invocatione domini nostri Ihesu Christi, questionem predictam inteligo quando legatus non fatiat spetialem mentionem de abbate nonantulano, sed generalem de hiis qui essent de diocesi mutinense. Et circa hoc videtur considerandum quod aliquando eximitur parrochia seu ecclesia, aliquando nedum predicta eximuntur; sed etiam in certo et determinato territorio conceditur omnis iurisdictio etiam quasi episcopalis uni prelato, ut patet de privilegiis l. VI, et tunc satis potest dici quod illud territorium incipitesse pars seu diocesis separata ab antiqua diocesi, licet primordium et originem retineat primevum nomen diocesis; sed quantum ad effectum est diocesis, per se, vel quasi, et sic autem due sub una denominatione; ad quod fa. de paro. c. I. et divisio diocesis est a iure aprobata, de maioritate et ob. cum inferior et in Extravagante Iohannis que incipit: sedes apostolica; facit quod dicimus de domo, fundo et prebenda divisis de prebendis, tue, ubi de hoc et alegatur L. plures comune prediorum ff. per hoc non obstat quod posset opponi quod clausule posite in rescripto legationis quo ad procuratorem tolunt privilegium monasterii etiam reducunt ipsum ad primevam naturam, ad quam de facili reducitur et per hoc non habet forte locum quod dictum est de parilitate potestatis et aliis similibus supra alegatis, quia illa verba non tolunt territorii divisionem et per consequens non tolunt ea que in territorio et ocaxione territorii competunt XVI. q. II vissis. (*Manca il seguito; il testo è scorrettissimo*).

ATTI DEL NOTAIO
GIOVANNI ALBIROLI

PER CURA

DEL DOTT. LODOVICO FRATI

Giovanni di Virgilio di Giovanni Albiroli fu creato notaro il 29 dicembre 1368 ed immatricolato nel 1369; esordì con Matteo di Giovanni Angelelli; poi trovasi con Lodovico Monterenzoli, Francesco Talamassi ed altri notai. Fu creato notaio del foro arcivescovile il 17 gennaio 1374. La sua famiglia era originaria di Persiceto e rogò fino al 1392.

I suoi atti notarili sono contenuti in una filza unica dall'anno 1369 al 1390 ed in quindici piccoli protocolli dal 1370 al 1392, volumetti cartacei, con coperta membranacea che misurano mm. 153, o 160 × 110.

CCLXI (1187).

Prot. 1°, 1370, vol. cartaceo con coperta membr., di c. 90 n. mm. 160 × 110, c. 9 r. — Originale.

Conferma del priore di s. Giuseppe.

Bologna, 1370, 25 gennaio.

Die XXV.

Prior sancti Iosep confirmavit dompnum Bernardum etc., presentibus presbitero Palmerio, domino Iohanne de Pedemontibus scolari in iure civili, fratre Ieronimo de Cesena et fratre Iohanne de Prato et fratre Angello de Faventia testibus.

CCLXII (1188).

Ivi, c. 49 v.

Concessione del chiericato della chiesa di s. Maria di Castel san Marco in Piumazzo a Corradino da Milano.

Bologna, 1370, 24 aprile.

Bartolomeo arciprete della pieve di Monteveglio concede a Corradino da Milano il chiericato della chiesa di s. Maria di Castel san Marco a Piumazzo, vacante per la rinunzia di don Zeno da Monteveglio.

Die XXIIII aprilis. Dominus Bartholomeus archipresbiter plebis Montisbelli . . . . .

Actum Bononie, in hospitali de caritate, (presentibus) domino Baldesera filio Zanniti de Regio scolare Bononie et fratre Iuliano de Mutina, Matono et Araxino testibus.

CCLXIII (1189).

Ivi, c. 60 *v*.

Presentazione di frate Odorico da Udine lettore della Bibbia.

Bologna, 1370, 18 maggio.

Die XVIII maii.

Magister Peregrinus lector sacre theologie in ordine Predicatorum, presente domino Soldo, et etiam dictus dominus Soldus vicarius dixit michi Paulo notario quod presentavit dicto domino episcopo cancellario fratrem Odoricum de Utino ad lecturam biblie pro ieme imediate sequenti. (1)

CCLXIV (1190).

Ivi, c. 87 *v*.

Laurea in teologia di maestro Pietro de Ragenia domenicano.

Bologna, 1370, 10 agosto.

Die X mensis augusti.

Magister Petrus de Ragenia ordinis Predicatorum fuit aulatus in ecclesia maiori Bononie, presentibus domino Iacobo de Castro Britonum vicario domini Bononiensis episcopis cancellarii, domino Henrico ordinis Predicatorum, magistro Peregrino ordinis Predicatorum, qui eidem imposuit biretum, magistro Iohanne de Sulimanis, magistro Hugone dicti ordinis Predicatorum, magistro Michaele ordinis Carmelitarum, magistro Iohanne de Verona ordinis Predicatorum, magistro Angello de Urbeveteri et magistro Iohanne de Senis ordinis Heremitarum; presentibus domino Fernando episcopo Ullisbonensi, domino Bernardo episcopo Ferrariense, domino Iacobo de Ursinis prothonotario, domino Francisco de Capellis, domino Cathelano de Sala, domino Guaspero de Caldarinis et aliis.

CCLXV (1191).

Prot. 2°, 1374, vol. cartaceo, con coperta membr., di car. 87 n., mm. 1160 × 110, c. 11 *v*.

Nomina di procuratore fatta da maestro Francesco del fu mastro Pellegrino Cristiani professore di fisica.

Bologna, 1374, 14 marzo.

Die XIIII marcii.

Magister Franciscus condam magistri Pelegrini de Cristianis phisice professor fecit suum procuratorem Iacobum de Paliis notarium

(1) Manca l' escatocollo.

ad lites, cum pleno mandato et cum relevatione et specialiter cum dompno Brandelisio rectore ecclesie s. Caterine de Saragotia. Duc. octo.

Actum Bononie, in domo sue proprie habitationis, presentibus Colao filio Draghi de Melegotis et Ghino filio Iohannis de Florentia.

CCLXVI (1192).

Ivi, c. 23 *v*.

Fideiussione di Giovanni Lapi dottore di leggi.

Bologna, 1374, 17 aprile.

Die XVII mensis aprilis.

Iacomellus Petri capelle s. Martini de Apoxa, constitutus in presentia domini Iacobi, promixit stare et presentare et parere mandatis ipsius domini quomodo fuerit requisitus etc. super eo quod. Et eius precibus et mandatis dominus Iohannes de Lapis legum doctor solempniter fideiussit sub pena vigintiquinque ducatorum auri. Et quia laici sunt, se subminxerunt iurisdictioni curie episcopalis, et iuraverunt.

Actum in audientia episcopali, presentibus domino Pietro de Formaglinis, dompno Antonio de Specialibus, Iacobo de Paliis et Egidio de Planorio.

CCLXVII (1193).

Ivi, c. 40 *v*.

Nomina di procuratori universali fatta da Simone del fu Giovanni de' Libri.

Bologna, 1374, 2 giugno.

Simone del fu Giovanni de' Libri nomina suoi procuratori generali Giovanni del fu Sante da Glandolino, Francesco Talamani e Melchiorre del fu Nicolò da Saliceto.

Die secundo mensis iunii. Simon condam Iohannis de Libris. . . .

Actum Bononie, in episcopali palacio, ad banchum iuris, presentibus domino Iacobo de Preuntis decretorum doctore, domino Iohanne de Pupio canonico bononiense et Egidio de Planorio notario episcopatus etc.

CCLXVIII (1194).

Ivi, c. 56 r.

Presentazione del rettore dell'ospedale di s. Lazzaro.

Bologna, 1374, 26 luglio.

Lorenzo da Cardano canonico, sindaco e procuratore dei poveri dell'ospedale di s. Lazzaro, presenta al vescovo di Bologna Tommaso di Giovanni Mascarini di Castel de' Britti quale rettore di detto ospedale.

Die mercuri XXVI mensis iulii. Venerabilis vir dominus Laurentius de Cardano. . . . .

Actum Bononie, in episcopali palacio, in camera quadam terena dicti palacii, presentibus domino Iohanne de Imola canonico de Bononia et dompno Hugolino rectore ecclesie sancte Marie Porte Ravennatis et domino Iacobo de Castrobritonum decretorum doctore testibus etc.

CCLXIX (1195).

Prot. 3.° 1375-76, vol. cart. con cop. membr., di c. 81 n., mm. 160 × 110 c. 60. — Originale.

Offerta di un calice d'argento dorato all'altare di san Michele del Mercato di mezzo fatta da Francesco Ramponi e da altri.

Bologna, 1374, 25 agosto.

« Sapiens vir dominus Franciscus de Ramponibus legum doctor », Antonio Zuntini, Franceschino del fu Marchesino Lodoisi ed Antonio e Rodolfo de' Ramponi tutti parrocchiani della chiesa di s. Michele del Mercato di mezzo offrono all'altare di detta chiesa un calice d'argento dorato del valore di ducati 20 e soldi 8.

Die vigesimo quinto mensis augusti. Sapiens vir dominus Franciscus de Ramponibus legum doctor. . . . .

Actum Bononie, in dicta ecclesia, presentibus dompno Ventura archipresbitero sancte Marie de Saleto, dompno Cursio archipresbitero plebis de Guzano et dompno Bartolomeo capelano in ecclesia maiori ad altare sancte Marie testibus etc.

CCLXX (1196).

Prot. 2.° c. 63 r.

Vendita di libri legali fatta da Maccagnano del fu Tommaso Azzoguidi dottore in leggi.

Bologna, 1374, 9 settembre.

Die nona mensis septembris.

Machagnanus condam domini Thome de Azoguidis dedit et vendidit venerabili viro domino Guillelmo Bruni licentiato in iure civili presenti et ementi unum Bartolum super Digesto novo, cuius principium est: *Domini*, et finit in eadem linea: *com*, et in secundo folio: *et hec nulla*; et sunt quatraginta duo inter quinternos et quaternos et pecias.

Item Bartolum super Inforciato, cuius principium primi quinterni incipit: *Quia vero est*, et finit in eadem linea: *librorum*, et in secundo folio incipit gloxa, et inter quaternos et quinternos et pecias decem et septem, in carta membrana et in papiro sunt sedecim.

Item Bartolum super Digesto veteri, cuius principium incipit: *In nomine*, et finit in eadem linea: *et spiritus*, et incipit in secundo folio: *Que incipit*, et sunt quinterni XXII, in carta pecudina et in papiro sunt octo.

Item Bartolum super usibus feudorum et super libro auctenticorum.

Item Iacobum Butrigarium super Codice, et sunt quinterni XXI, in carta pecudina, et incipit in principio: *In nomine domini* tam in prima linea et secunda in secundo folio: *ut lege*. Ad habendum etc. Et hec pro precio octuaginta ducatorum boni et iusti ponderis, quos solvit coram testibus. Et promixit ad defensionem. Què omnia et singula etc. Sub pena dupli dicte quantitatis, et cum refectione dampnorum et expensarum litis, etc. Et obligatione suorum bonorum.

Actum Bononie, in palacio episcopali, in quadam camera super sacratum, presentibus domino Ademaro de Rupe archidiacono canturiense, domino Guillelmo de Bonavale preposito sancti Benedicti de Saltu bononiensis diocesis et domino Laurentio de Cardano canonico bononiense.

CCLXXI (1197).

Filza unica, n. 346.

Nomina di procuratori speciali fatta da Bartolomea del fu Lambertino Buvalelli e da Misina Ramponi.

Bologna, 1375, 1 giugno.

Bartolomea del fu Lambertino Buvalelli nomina suoi procuratori Giovanni del fu Bonaventura Bargellini, Giovanni del fu Primirano

Bongiovanni e Francesco del fu Boniacopo Talamassi, per denunzia di danni ed altri atti.

In Christi nomine amen. Eiusdem nativitatis anno millesimo CCCLXXV, indictione XIII, die primo mensis iunii, pontificatus domini nostri domini Gregorii pape XI anno quinto. . . . .

Actum Bononie, in capella sancti Michaelis de Foro medii, in domo habitationis dicte constituentis, presentibus egregio legum doctore domino Francisco de Ramponibus, domino Facio Iacobi de Serico iporiensis diocesis socio dicti domini Francisci et Rodulfo condam Philippi de Ramponibus testibus etc.

Eisdem millesimo, indictione, die, loco et in presencia testium predictorum.

Nobilis domina Misina filia egregii militis domini Ubaldini de Malavoltis et uxor egregii legum doctoris domini Francisci da Ramponibus, emancipata, ut asseruit, a dicto eius patre, ut constare dixit ex instrumento scripto manu Mathei condam Guidonis de Specialibus notario, sponte et ex certa scientia fecit, constituit et ordinavit suos. . . . (1)

CCLXXII (1198).

Prot. 3°, c. 19 r.

Locazione di una bottega da Francesco Ramponi a Giovani d'Inghilterra sarto.

Bologna, 1375, 17 aprile.

Die XVII mensis aprilis.

Rodulfus condam Ph[ilippi] de Ramponibus procurator domini Francisci de Ramponibus legum doctoris, ut constare dixit ex instrumento scripto manu Iohannis de Bagno notario, procuratorio nomine predicto locavit Iohanni condam Iohannis de Anglia sartori conducenti hinc ad festum sancti Michaelis mensis septembris proxime venturi unam stationem coniunctam domui ipsius domini Francisci, positam Bononie, in capella s. Michaelis de Foro medii, promittens etc. Et hec ideo etc. quia idem conductor promixit uti et frui etc. Et pro pensione dicte stationis dare eidem locatori in fine cuiuslibet mensis dicti anni, pro rata ad rationem florenorum decem auri in anno, et in fine dicti termini etc. Que omnia etc. cum promissione mutua de rato pena decem florenorum auri etc.

(1) Manca il seguito del doc.

Actum Bononie, ad scaramniam, presentibus Iohanne Angelini notario, Nanino Martini sensale, qui dixerunt, etc. et Iohanne Baldoni de civitate Guanti testibus.

CCLXXIII (1199).

Ivi, c. 57 *v*.

Delegazione di Bernardo Bonavalle vescovo di Bologna a Baldo da Lavello dottore di decreti della potestà di giudicare in una causa penale.

Bologna, 1375, 13 ottobre.

Die tertio decimo mensis octubris.

R. P. et dominus Bernardus Dei gratia episcopus Bononiensis comisit causam totam, inquisitionem et processus formatos contra Paulum de Cospis clericum bononiensem sapienti viro domino Baldo de Lavello decretorum doctori, cum potestate plenaria inquirendi, procedendi, sententiandi etc. cui idem dominus episcopus totaliter comisit vices suas donec eas duxerit revocandas.

Actum Bononie, in episcopali palacio, in camera prefati domini episcopi, presentibus domino Iacobo de Castrobritonum decretorum doctore, domino Petro Rolandi capelano dicti domini episcopi et Guillelmo de Vercellis domicello prefati domini, episcopi testibus etc.

Eisdem anno, pontificatu et die.

Prefatus dominus episcopus associavit domino Iacobo de Castrobritonum eius vicario sapientem virum dominum Baldum predictum, in et super tota inquisitione [et] causa facta contra Iohannem Petrobonii de Garzonis.

Actum ut supra, presentibus suprascriptis domino Petro et Guillelmo.

CCLXXIV (1200).

Ivi, c. 60. *r*.

Delegazione di Bernardo Bonavalle vescovo di Bologna a Baldo da Lavello della potestà di giudicare in una causa civile.

Bologna, 1375, 16 ottobre.

Die martis XVI mensis octubris.

R. P. et dominus d. B. episcopus Bononiensis auctoritate ordinaria et omni modo, via et forma quibus melius potuit et potest comixit sapienti viro domino Baldo de Lavello decretorum doctori, canonico pergamensi, licet absenti, omnes lites, causas, controversias,

denuntiationes et alias quascumque discordias ortas et que sunt et vertuntur, et que erunt, orientur et vertentur, datas et dandas infra triduum, inter dominum Iacobum de la Frata canonicum bononiensem ex una parte et Paulum condam Lencii de Cospis notarium et clericum bononiensem ex altera, super quibuscumque negociis, cum potestate procedendi, inquirendi, videndi, cognoscendi et terminandi. Cui domino Baldo idem dominus episcopus in premissis contulitit plenarie vices suas donec eas duxerit revocandas.

Actum Bononie, in episcopali palacio, in camera dicti domini episcopi, presentibus domino Laurencio de Pinu et Iacobo de Castrobritonum decretorum doctoribus et Laurencio de Cardano canonico bononiense testibus.

CCLXXV (1201).

Ivi, c. 66 *r*.

Ordine del vescovo di Bologna alla priora del convento di santa Maria Maddalena di comporre certe discordie esistenti fra due monache.

Bologna, 1375. 28 ottobre.

Il vescovo di Bologna ordina alla priora del convento di s. Maria Maddalena di Val di Pietra di comporre le discordie fra due monache.

Dicta die XXVIII dicti mensis octubris.

Prefatus R. P. et dominus d. Bernardus episcopus Bononie. . .

Actum Bononie, in camera prefata domini episcopi, presentibus sapientibus viris dominis Iohanne de Lignano, Iacobo de Castrobritonum, Baldo de Lavello canonico pergamense et Antonio comite de Bruscolo testibus.

CCLXXVI (1202).

Ivi, c, 65 *r*.

Delegazione del vescovo di Bologna a Baldo da Lavello della podestà di giudicare in una causa penale di sacrilegio.

Bologna, 1375, 28 ottobre.

Il vescovo di Bologna affida « domino Baldo de Lavello utriusque iuris doctori » la causa contro Azzo Torelli relativa al sacrilegio di Iacopo della Fratta.

Die XXVIII dicti mensis octobris. R. P. et dominus d. episcopus antedictus asseruit se dudum commisisse domino Baldo de Lavello

. . . .

Actum Bononie, in camera prefacta domini episcopi, presentibus dominis Laurentio de Pinu, Iacobo de Castrobritonum, Nicolao de Uzano et Iohanne de Imola testibus etc.

CCLXXVII (1203).

Ivi, c. 77 *v*.

Locazione di due case da Ugolino Scappi dottore di leggi ad Andrea di Credi da Firenze.

Bologna, 1375, 16 dicembre.

Die XVI mensis decembris.

Sapiens vir dominus Hugolinus condam ser Thome de Schapis legum doctor sponte etc. per se et suos heredes concessit et locavit Andree condam Credi de Florentia civi bononiensi, capelle s. Michaelis de Foromedii, presenti pro se et suis heredibus conducenti a festo sancti Michaelis mensis septembris anni proximi venturi, usque ad quinque annos proxime secuturos duas domus simul contiguas, quarum una est posita Bononie, in dicta capella, et altera in capella sancte Marie de Oxelitis, balchionatas, tasselatas, iuxta vias publicas a tribus lateribus, et iuxta Nicolaum condam Iohannis fratris Iacobi de Saiarolis; promittens dictus constituens presentem locationem firmam et ratam habere usque ad dictum terminum, et de eisdem domibus nulli alteri facere donationem, venditionem, locationem, seu contractum in preiudicium dicti conductoris etc. Et hec ideo fecit quia idem Andreas promixit uti et frui dictis domibus arbitrio boni vivi, et solvere annuatim pro pensione dictarum domorum centum viginti libras bononinorum hoc modo, videlicet: medietatem in festo nativitatis domini nostri Ihesu Christi et aliam medictatem in festo pascatis eiusdem cuiuslibet anni. Quod si solutio dicte pensionis etc. cum pacto assignationis pignoris pena sexaginta libr. bon. Hoc pacto quod liceat eidem conductori dicto locatori locare dictas domos, vel earum alteram, seu ipsarum partem cuiuscumque voluerit, dummodo licitis et honestis personis, et in fine dicti termini dictas res locatas eidem locatori in eque bono statu ut nunc sunt restituere libere. Que omnia etc. predicte partes promiserunt ad invicem, firma et rata hunc etc. Sub pena dupli dicte pensionis, solemni stipulatione premissa etc., qua soluta etc., cum mutua restitutione dampni etc. obligatione omnium suorum bonorum et debita renuntiatione.

Die XVI mensis decembris. Sapiens vir. . . . .

Actum Bononie, in domo habitationis dicti domini Hugolini, presente Antonio fratri, qui dixit etc., Oldrado condam Iohannis de Cazanimicis, Bono condam Nicolai Turucii, Donato Francisci merzario capelle s. Martini de Apoxa et Onofrio condam Francisci dicte capelle et Colao condam Petri de Gagliis capelle s. Iosep testibus

CCLXXVIII (1204).

Prot. 7°, 1376-77, vol. cart., di c. 63 n., mm. 150 × 100, c. 10 r. — Originale.

Licenza di leggere in arti e filosofia concessa da Giovanni da Legnano.

Bologna, 1376, 1 febbraio.

Die primo mensis februarii.

Excellentissimus utriusque iuris doctor dominus Iohannes de Lignano, vicarius domini Philippi de Neapoli archidiaconi bononiensis, auctoritate sibi concessa a dicto domino archidiacono, concessit licentiam magistro Fabiano de Cesena examinato et aprobato hodie per doctores in artibus et philosophia ascendendi catredam et legendi in dictis artibus.

Actum in sacristia ecclesie bononiensis, presentibus (1).

CCLXXIX (1205).

Filza unica, n. 321.

Dispensa di Sidrach di Bernardo Malatigni scolaro modenese per difetto di natali.

Bologna, 1376, 3 giugno.

« Iacobus de Castrobritonum decretorum doctor » canonico Bolognese e vicario del Vescovo di Bologna ammette alla prima tonsura, non ostante la nascita illegittima, Sidrach di Bernardo Malatigni scolaro modenese.

In Christi nomine amen, eiusdem nativitatis millesimo CCC septuagesimo sexto. . . . . .

Actum Bononie, in ecclesia cathedrali, presentibus discretis viris presbiteris Guidone rectore ecclesie sancti Nicolai de Albaris Bo-

(1) Manca il seguito.

nonie, Bartolomeo mansionario in ecclesia bononiense et Dentame rectore ecclesie sancti Laurencii de Guarinis Bononie, testibus ad predicta vocatis et rogatis.

CCLXXX (1206).

Prot. 7°, c. 38 r.

Elezione del Ministrale della chiesa di s. Michele del Mercato di mezzo.

Bologna, 1377, 7 gennaio.

« Ser Petrus de Ramponibus » ed altri parrocchiani della chiesa di s. Michele del Mercato di mezzo eleggono per Ministrale Geraldo delle Corrazze.

Die VII dicti mensis ianuarii. Ser Petrus de Ramponibus. . . .

Actum Bononie, in capella s. Michaelis predicti, presentibus Dalfino condam Nicolai de Alticontibus notario, presbitero Ugolino rectore dicte ecclesie s. Michaelis et Christofaro Virgilii de Albirolis et magistro Iacobo sartore testibus etc.

CCLXXXI (1207).

Ivi, c. 48 r.

Presentazione ad esame di Diritto canonico di frate Rodolfo prevosto del monastero di s. Giovanni in Monte.

Bologna, 1377, 5 aprile.

Die quinto mensis aprilis.

Dominus Iacobus de Castrobritonum decretorum doctor nomine et vice dominorum Iohannis de Lignano et Laurentii de Pinu decretorum doctorum et suo presentavit coram domino Philippo archidiacono Bononiensi dominum fratrem Rodulfum prepositum monasterii sancti Iohannis in monte subiciendum examini privato in iure canonico et dominorum doctorum iuris canonici. Qui dominus archidiaconus eum admixit.

Actum Bononie in capella s. Proculi, ante domum habitationis dicti domini archidiaconi, presentibus domino Andrea Garfagnino et Petro de Avoleo et pluribus aliis testibus.

CCLXXXII (1208).

Filza unica, n. 304.

Locazione di terreni da Nicolò da Castello a Iacopo Ivani.

Bologna, 1377, 5 ottobre.

« Sapiens vir dominus Nicolaus de Castello legum doctor, filius condam magistri Ture de Castello phisice professoris » dà in affitto a Iacopo del fu Zanni Ivani di Argile, per nove anni, una pezza di terra di novanta tornature circa, nella curia d'Argile, nel luogo detto Bisano, presso la via pubblica da due lati, le possessioni del vescovato, Berto Bazalieri ed altri confini.

In Christi nomine amen. Eiusdem nativitatis anno millesimo trecentesimo septuagesimo septimo. . . . .

Actum Bononie, in capella sancti Andree de Platixiis, sub porticu domus habitationis predicti domini Nicolai locatoris, presentibus Leonardo condam magistri Michaelis de Castello capelle predicte, Guillelmo condam Francisci de Castello, Carbone condam Nicolai de Carbonibus capelle s. Petri maioris, Henrico condam Gerardi cimatore cappelle s. Aghate et Angelino condam Geminiani olim Ivani de terra Argelis comitatus Bononie, qui dixerunt se dictos contrahentes cognoscere, testibus ad predicta vocatis et rogatis.

CCLXXXIII (1209).

Filza unica, n. 270.

Testamento di Lamberto di Simone de' Prendiparte.

Bologna, 1378, 31 agosto.

Uno degli esecutori testamentari del voluminoso incarto relativo all'eredità del defunto Lamberto di Simone Prendiparte fu « egregius decretorum doctor dominus Laurencius de Pinu. »

In Christi nomine amen. Eiusdem nativitatis anno millesimo trecentesimo septuagesimo octavo. . . . .

Actum Bononie, in episcopali palacio, in audientia causarum curie episcopalis, presentibus Paulo condam Lencii de Cospis, Egidio condam ser Francisci de Planorio et Francisco condam Diolai de Brunis notario dicte curie testibus etc.

CCLXXXIV (1210).

Prot. 8°, 1378-1379, vol. cartaceo, con cop. membr., di c. 101 n., mm. 160 × 110, c. 4 r. — Originale.

Elezione di Matteo da Varignana a priore del collegio di medicina.

Bologna, 1378, 30 settembre.

Die ultimo mensis septembris.

Congregari fecit magister Martinus de Lero prior collegii medicorum omnes infrascriptos medicos in ecclesia cathedrali Bononie, subtus confessium, pro creatione et electione novi prioris; in qua congregatione interfuerunt dominus magister Martinus, magister Matheus de Varignana, magister Baldesar de Confortis, magister Iohannes de Chazano, magister Christoforus de Honestis, magister Franciscus Aristotelis, magister Bertolomeus de Castro sancti Petri, magister Iohannes de Muglio, magister Iohannes de Barberiis, magister Franciscus de Cultris, magister Guido de Preuntis, magister Paulus de Buvalinis, magister Petrus de Varignana et magister Guidotus. Et factis brevibus in dicta congregatione, ac unum breve extractum fuit de gremio mei notarii per dictum magistrum Baldeseram in quo scriptus erat: magister Matheus de Varignana novus prior factus ad dicta brevia, presentibus suprascriptis, consentientibus et volentibus, secundum formam statutorum dicti colegii. Qui omnes iuraverunt in manibus dicti novi prioris, secundum formam dictorum statutorum etc. Rogante me Iohanne etc.

CCLXXXV (1211).

Ivi, c. 9 r.

Locazione di un' appezzamento di terreno da Nicolò da Castello dottore di leggi a Giovanni da Felino e Francesco da Borgo Panigale.

Bologna, 1378, 14 ottobre.

« Dominus Nicolaus de Castello legum doctor filius condam magistri Ture » dà in affitto a Giovanni del fu Iacopo da Felino nel contado di Parma ed a Francesco del fu Bartolomeo da Borgo Panigale per un anno tutti gli appezzamenti di terra che aveva a Bertalia.

Die XIIII mensis octobris. Dominus Nicolaus de Castello....

Actum Bononie, in domo habitationis dicti domini Nicolai, posite in capella s. Andree de Platixiis, presentibus Michaele Iacobo laboratore de Burgo Panicalis qui dixit etc., Iacobo condam Nicolai pelizario capelle s. Petri Maioris et Guirisio Iacobi de Cesena familiare dicti domini Nicolai testibus etc.

CCLXXXVI (1212).

Ivi, c. 11 *v.*

Nomina di procuratore fatta da Bartolomeo de' Cani dottore di leggi.

Bologna, 1378, 29 ottobre.

Dominus Bartolomeus de Canibus legum doctor archipresbiter sancte Marie de Montebelio bononiensis diocesis citra revocationem etc. de novo fecit suos procuratores d. Anricum de Canibus filium domini Andree de Canibus de Mediolano et Antonium Camerarium de Placentia absentes in solidum, specialiter ad petendum a presbitero Iohanne de Cario et qualibet alia persona omnem quantitatem pecunie eidem debite, et ad absolvendum et liberandum, seu finem, remissionem et promissionem de non petendo faciendum etc. Et super hiis instrumentum unum et plura faciendi etc. Et generaliter etc. Dans etc. Promittens etc.

Eodem die dominus Bartolomeus. . . . .

Actum Bononie, in ecclesia catredali, presentibus frate Iacopino de Chazano rectore hospitalis sancte Marie de Caritate, presbitero Graciadeo condam Bazaroti de Blanchis cive bononiense et presbitero Iacobo condam Luchini bononiense testibus.

CCLXXXVII (1213).

Ivi, c. 52 *v.*

Promessa di restituzione di 42 lire da Tuniolo del fu Primirano a Sparavirola del fu Moroello dall'Aposa.

Bologna, 1379, 28 aprile.

Tuniolo del fu Primirano fornaio promette a donna Sparavirola del fu Moroello dall'Aposa di restituire lire 42 di bolognini residuo del prezzo di una casa venduta, situata presso i Prendiparte.

Die XXVIII mensis aprilis. Tuniolus condam Primirani fornarius capelle s. Senixii. . . . .

Actum Bononie, in capella s. Nicolai de Albariis, in domo habitationis dicti domini Laurencii de Pinu, presentibus presbitero Michele rectore hospitalis sancti Petri Bononie, qui dixit etc., domino Petro condam Perini de Boncompagnis iurisperito, domino Laurentio de Pinu et Bartolomeo filio Ricii pilizarii et Parpaglia condam magistri Antonii de Benno de Pedemontium domicello prefati domini Laurencii testibus etc.

CCLXXXVIII (1214).

Ivi, c. 78 *r*.

Pagamento fatto a Lorenzo Pini quale esecutore testamentario di frate Pietro de' Guarini.

Bologna, 1379, 26 settembre.

« Dominus Laurentius de Pinu », Zanna moglie di Lamberto e frate Gregorio de' Malovelli ricevono da frate Pietro del fu Tommaso de' Guarini 118 bolognini, residuo di lire 150, dovute per legato testamentario.

Die XXVI septembris. Dominus Laurentius de Pinu. . . . . . .

Actum Bononie, in capella s. Senixii, in domo ultime habitationis dicti domini Lamberti, presentibus Petro Ghinoni de Avoleo, Neapoleone condam Nicolai de Avoleo et Azone Petri de Salamonibus, qui dixit etc.

CCLXXXIX (1215).

Ivi, c. 99 *r*.

Nomina di procuratore di frate Giovanni priore dell' ospedale e della chiesa di s. Spirito di Rimini studente in diritto canonico.

Bologna, 1379, 24 dicembre.

« Venerabilis vir dominus frater Iohannes prior et magister hospitalis et ecclesie sancti Spiritus de Arimino studens bononie in iure canonico » elegge per suo procuratore Iacopo de' Cerchiari canonico della chiesa maggiore di Rimini.

Die XXIIII mensis decembris. Venerabilis vir dominus frater Iohannes. . . . .

Actum Bononie, in episcopali palacio, presentibus domino Petro filio Guzocii de Riciis de Florentia et domino Marcho filio Zonis de Florentia studentibus Bononie in iure canonico.

CCXC (1216).

Filza unica, n. 235.

Permuta di terreno con una casa fra Giovanni da Legnano e Andrea de' Balardi.

Bologna, 1380, 3 marzo.

In Christi nomine amen. Eiusdem nativitatis anno millesimo trecentesimo octuagesimo, indictione tertia, die octavo mensis marcii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Urbani pape sexti anno secundo.

Cum utile sit domino Andree de Balardis decano ecclesie sancti Iacobi de Carbonensibus de Bononia permutare infrascriptum terrenum dicte ecclesie cum excellentissimo iuris utriusque doctore domino Iohanne de Lignano, pro infrascripta domo ipsius domini Iohannis, ex eo quia infrascripta domus prefati domini Iohannis est maioris valoris et extimationis, ac uberioris fructus et redditus prefato terreno, et magis expediret et utilius foret ipsi ecclesie hanc prefatam infrascriptam domum quam terrenum infrascriptum dicte ecclesie; ideo predictus dominus Andreas decanus predicte ecclesie sancti Iacobi de Carbonensibus, constitutus in presentia reverendissimi in Christo patris et domini domini Philippi miseratione Domini tituli sancti Martini in montibus presbiteri cardinalis apostolice sedis legati et ecclesie bononiensis in spiritualibus et temporalibus administratoris infrascriptis omnibus et singulis suam et episcopalis curie bononiensis, ac sue legationis auctoritatem, decretum et licentiam interponentis et prestantis, sponte et ex certa scientia, ex causis supradictis, et omni alio modo, iure, via et forma guibus melius potest et potuit, per se et suos successores in dicto decanatu, iure proprio et imperpetuum dedit, tradidit et permutavit prefato domino Iohanni de Lignano presenti et recipienti unum terrenum dicte ecclesie sancti Iacobi, positum Bononie, in capella sancti Iacobi predicti, intra domos et caxamentum ipsius domini Iohannis et iuxta eundem dominum Iohannem ab omnibus lateribus; quod terrenum idem dominus

Andreas decanus extimavit et dixit esse extimationis et valoris duodecim librarum bon. Ad habendum, tenendum et possidendum et quicquid eidem domino Iohanni suisque heredibus deinceps placuerit perpetuo faciendum, cum omnibus et singulis que dicto terreno insunt coherere et accedere possunt de iure, consuetudine, vel de facto. Et versa vice prefatus dominus Iohannes de Lignano, in cambium dicti terreni et pro ipso terreno, dedit, tradidit et permutavit predicto domino Andree decano antedicto unam domum planam, cupatam, positam Bononie, in capella sancti Barbaciani, in contrata que dicitur Belvedere, iuxta Nicolaum de la Chiatara, iuxta Simonem Cambii de Bononia et iuxta viam publicam, vel alios suos veriores et plures confines. Quam donum dictus dominus Iohannes extimavit et dixit esse extimationis et valoris viginti librarum bon. Ad habendum, tenendum et possidendum et quicquid eidem domino Andree decano suisque successoribus in dicta ecclesia placuerit perpetuo faciendum, cum omnibus et singulis que dicte domui ut supra in cambium tradite insunt coherere et accedere possunt, de iure, consuetudine, vel de facto.

Quas res sic permutatas et traditas dicte partes se ad invicem constituerunt possidere donec utraque pars de re sibi permutata et tradita possessionem acceperit corporalem. Necnon promiserunt sibi ad invicem dicte partes de dictis rebus litem aliquam, questionem, vel molestiam de iure, vel de facto in iudicio, sive extra, non movere, inferre, vel referre, nec moventi consentire. Que omnia et singula suprascripta et infrascripta predictus dominus Iohannes de Lignano et dominus Andreas promiserunt sibi ad invicem perpetuo firma et rata habere, tenere etc. Sub pena quinquaginta librarum bon. solempni stipulatione vicissim promissa. Cum mutua reffectione damnorum et expensarum litis et mutua obligatione omnium bonorum, videlicet dicti domini Iohannis et dicte ecclesie sancti Iacobi de Carbonensibus, ac mutuis et debitis renuntiationibus beneficiorum. Quibus omnibus et singulis sic peractis, prefatus reverendissimus pater dominus Philippus cardinalis administrator et legatus predictus suam et episcopalis curie bononiensis ac sue legationis auctoritatem et decretum interposuit et prestavit.

Actum Bononie, in episcopali palacio, in camera residencie prefati domini legati, presentibus domino Marcho filio prefati domini Iohannis de Lignano decretorum doctore, domino Matheo de Sancto Angelo in Vado archipresbitero plebis sancte Marie de Castro Plebis bononiensis diocesis, qui dixerunt se dictos contrahentes cognoscere, Franceschino Rizardini de Cento notario et Blaxio ser Petri Ferarii de Cento domini bononiensis episcopi testibus ad predicta vocatis specialiter et rogatis.

CCXCI (1217).

Prot. 4°, 1381, vol. cartaceo, di c. 63 n., mm. 160 × 110, c. 40 *r*. — Originale.

Compromesso nelle persone di Cristoforo degli Onesti e Baldassarre de' Conforti pattuito fra due scolari, per tutte le cause pendenti fra essi.

Bologna, 1381, 27 agosto.

Die XXVII augusti.

Magister Franciscus Andree de Forlivio scolaris studens Bononie in medicina et magister Antonius domini Bertolomei de Prato scolaris studens Bononie in artibus se compromiserunt in magistrum Christoforum de Onestis presentem et magistrum Baldesar de Confortis absentem, de omnibus litibus tam civilibus quam criminalibus inter eos vertentibus et conexis et dependentibus ab eisdem. Cum potestate procedendi, laudandi et condempnandi de iure et de facto etc. per totum mensem septembris proxime venturi. Qui promiserunt et iuraverunt stare et obedire laudo predictorum, et non provocare etc. nec petere reduci ad arbitrium boni viri etc. Sub pena L. bon. auri etc. Et pro predictis obligaverunt omnia eorum bona et renuntiaverunt, etc.

Actum Bononie, ad banchum iuris curie episcopalis Bononie, presentibus domino Andrea de Suncino vicario dicte curie, Paulo Lencii de Cospis, Egidio Francisci de Planorio, Francisco Diolai de Brunis et Iohanne de Duiolo notario testibus, etc.

CCXCII (1218).

Prot. 5°, 1382, vol. cart. di c. 71 n., mm. 160 × 110, c. 1. *r*. — Originale.

Consegna al vescovo di Bologna del chiericato di s. Giovanni Evangelista a Pergamo fatta da Giovanni da Legnano.

Bologna, 1382, 22 gennaio.

In Christi nomine amen. Eiusdem nativitatis anno millesimo CCC octuagesimo secundo, inditione quinta, die vigesimosecundo mensis ianuarii, pontificatus domini Urbani pape sexti anno quarto.

Excellentissimus utriusque iuris doctor dominus Iohannes de Lignano procurator presbiteri Petri de Udrugio clerici beneficiati ecclesie sancti Iohannis Evangeliste in citadella Pergamensi ad hec legati restituti, ut constat ex instrumento scripto manu Uncisoli Capitanei condam domini Girardi notarii, die septimo decembris anni proxime preteriti,

consignavit in presentia reverendissimi in Christo patris et domini Philippi miseratione divina tituli sancti Martini in montibus presbiteri cardinalis, apostolice sedis legati, clericatum predictum cum omnibus suis iuribus et pertinenciis, quam ressignationem idem dominus cardinalis admixit etc.

Actum Bononie, in episcopali palacio, presentibus domino Martino de Alemania archidiacono aquileiense auditore prefati domini legati, presbitero Ugolino condam Nicolai de Magnis de Parma, capellano dicti domini legati et Toniolo condam Pauli Calvelli de Varignana clerico bononiensis diocesis, familiare dicti domini legati, testibus etc.

CCXCIII (1219).

Filza unica, n. 180.

Pagamento da Francesco Ramponi a Pietro Ramponi.

Bologna, 1382, 30 gennaio.

Pietro del fu Filippo Ramponi riceve da Rodolfo del fu Filippo Ramponi, a nome « excelentissimi legum doctoris domini Francisci olim Raimundi de Ramponibus », lire 24 di bolognini, parte della somma di lire 200, lasciata da Iacopo di Conte Ramponi nel suo testamento a detto Pietro.

In Christi nomine amen. Eiusdem nativitatis anno millesimo trecentesimo octuagesimo secundo. . . . .

Actum Bononie, in episcopali palacio, in audientia causarum curie episcopalis bononiensis, presentibus domino presbitero Antonio de Griffonibus decano ecclesie sancti Michaelis de Leproseto Bononie, presbitero Roberto de Viticosis capelano in ecclesia bononiense ad altare sancti Michaelis et domino Egidio Cobiucii de Fabriano procuratore in dicta audientia, qui presbiter Robertus dixit se dictos contrahentes cognoscere, testibus ad predicta vocatis, adhibitis et rogatis.

CCXCIV (1220).

Ivi, c. 64 *r*.

Nomina di procuratore fatta dai parrocchiani della chiesa di s. Fabiano.

Bologna, 1382, 21 novembre.

« Dominus Primadicius de Primadiciis decretorum doctor » ed altri parrocchiani della chiesa di s. Fabiano eleggono per loro procuratore prete Nicolò di Bonaccorso canonico della chiesa di Bologna.

Die XXI novembris. Dominus Primadicius de Primadiciis decretorum doctor. . . . .

Actum Bononie, in dicta ecclesia s. Fabiani, presentibus predicto Albergipto capellano in ecclesia bononiense ad altare sancti Andree et Conte Iohannis de Alticontibus testibus, et Iohanne Francisci de Choschonio capelle s. Columbani et Bertolomeo Petri clerico dicti domini Iohanni testibus.

CCXCV (1221).

Prot. 9°, 1383, vol. cartaceo, di c. 78 n., con cop. membr., c. 28 r. — Originale.

Ammissione di maestro Enrico Boldoni milanese nel collegio degli scolari bresciani.

Bologna, 1383, 7 marzo.

Die septimo marcii.

Venerabilis vir dominus Iacobus Caraffa archidiaconus bononiensis ad quem spectat ordinatio et regimen collegii scolarium brixiensium, recepit in dicto colegio magistrum Henricum Boldonis de Mediolano, cum emolumentis et honoribus aliis scolaribus dicti colegii consuetis. Mandans eum per alios scolares in consortium recipi in dicto collegio. Et comisit domino magistro Iohanni de Macharisiis de Mediolano artium et medicine doctori ut inducat eum in possessionem dicti collegii, et assignet ei cameram in dicto collegio etc. et alia faciat.

Actum Bononie, in episcopali palacio, presentibus magistro Michaeli de Sechadenariis sacre teologie profesore ordinis Heremitarum et Bastiano de Bordonis de Laude testibus, et magistro Iohanne de Macharisiis de Mediolano suprascripto.

CCXCVI (1222).

Ivi, c. 44 r.

Assoluzione da pena contro maestro Giovanni da Camerino.

Bologna, 1383, 21 aprile.

Die XXI mensis aprilis.

Magister Iohannes de Cazano prior colegii doctorum medicine fecit per me notarium legi statutum dicti colegii super vestibus dandis doctoribus. Et subsequenter mandavit magistro Iohanni de Camerino ut caveat, secundum formam dicti statuti, presentibus doctoribus dicti

colegii, qui omnes ipsum priorem absolverunt a pena dicti statuti, quantum est pro ista vice reservatis doctoribus, eumdem magistrum Iohannem, presentantibus suis iuribus, qui consentit quod non omittet salvo semper iure collegii.

Actum Bononie, in sacristia ecclesie bononiensis, presentibus Toma condam Dominici, Colao (1) bidellis dictorum medicorum.

CCXCVII (1223).

Ivi, c. 54 *r.*

Supplica al papa per l'arcidiaconato di Bologna.

Bologna, 1383, 20 giugno.

Die XX.

Magister Petrus Aristotiles prior artistarum suo nomine et vice et nomine magistri Francisci sui filii, magister Franciscus de Cristianis, magister Baldesar de Confortis, magister Iohannes Rizolus suo nomine et vice magistri Guidonis de Preuntis, magister Iohannes de Muglio, magister Iohannes de Chazano prior medicorum, magister Guidotus de Rigitis, magister Paulus de Buvalellis, omnes congregati in sacristia ecclesie catedralis Bononie, representantes totum colegium medicorum, deliberaverunt supplicare et suplicant domino nostro pape ut provideat domino Martino de archidiaconatu Bononie etc.

Actum in dicta sacristia, presentibus domino Nicolao Guisemani de Trevisio scolare studente Bononie in iure canonico, Iohanne condam Andree de Glemona scolare studente Bononie in auctoribus etc. (2).

CCXCVIII (1224).

Ivi, c. 55 *r.*

Nomina di Rodorico di Alfonso scolaro a procuratore di Ottone da Weisseneck.

Bologna, 1383, 25 giugno.

Nobilis vir dominus Octo de Wizzenebr (3) canonicus pataviensis fecit suum procuratorem dominum Rodoricum Alfunsi scolarem in

(1) Spazio bianco.

(2) Manca il resto del doc.

(3) Negli *Acta Nationis Germ.* è chiamato *Otto de Wisenecke, Otto de Wizenekk, can. Patav.*, o *Otto de Weizzenegg* e *de Weisseneck can. Patav.* (1389).

iure canonico et collegio sabinensi presentavit specialiter ad omnia negotia ipsius constituentis in civitate et diocesi Bononie, ad gubernandos libros suos et res suas in dicta civitate, ac domum suam et ad extraendos dictos libros, ad agendum et defendendum et ad lites cum pleno mandato et potestate substituendi.

Actum Bononie, in audientia causarum curie episcopalis, presentibus domino Cailmano Friderici de Riey, Iacobo Rodulfi de Testauer pragensis diocesis et Francisco de Brunis notario et Bernardo Iacobi de Ulgiano notario testibus.

CCXCIX (1225).

Prot. 10.°, 1383, vol. cartaceo con cop., membr., 153 × 110, c. 11 *r.* — Originale.

Supplica di Lorenzo Pini per ottenere la conferma del juspatronato sulle cappellanie della chiesa di s. Pietro Maggiore a Bologna.

Bologna, 1383, 2 settembre.

Il rev. P. Andrea del fu Federico di Giovanni d'Andrea nel suo testamento lasciò per legato « domino Laurentio de Pinu decretorum doctori » il giuspatronato che aveva sulle capellanie della chiesa di s. Pietro Maggiore in Bologna, e Lorenzo Pini chiede a prete Giovanni rettore della chiesa di s. Donato che voglia confermarlo e dargli licenza di accettare questo legato.

Eodem die secundo septembris. Cum reverendissimus pater et dominus Andreas condam domini Federici olim domini Iohannis Andree. . . . .

Actum Bononie, in capella s. Nicolai de Albaris, in domo habitationis ipsius domini Laurentii, presentibus domino Pietro condam (1) de Bonchompagnis legum doctore, domino Tedisio de Neapoli et presbitero Michaele rectore hospitalis sancti Petri Bononie testibus etc.

CCC (1226).

Ivi, c. 85 *r.*

Vendita di Francesco Ramponi a Guglielmino dei conti di Prata di un paio di Decretali.

Bologna, 1383, 30 dicembre.

Die XXX mensis decembris.

Egregius legum doctor dominus Franciscus de Ramponibus vendidit domino Guielmino domini Nicolai comitis de Prata presenti

(1) Spazio bianco.

et ementi unum par Decretalium cum aparatu Bernardi, cuius secundus quaternus incipit in testu: *tratis*, in glossa incipit: *ad locum*; in tertio quinterno incipit in testu: *ipsam*, in glossa: *non fuit actio*, et hoc in prima parte. In secunda parte finit in primo quaterno in testu: *sacerdos*, in glosa: *non respicit;* secundus quinternus finit in testu: *etiam* et tercius incipit: *culpa*. Ipsum librum tradens eidem domino Guielmino ad huius etc. Et hoc nominatim pro precio dicti libri octuaginta ducatorum auri, quod idem dominus Franciscus confessus fuit habuisse etc. Renuntians etc. Et promixit ad legitimam defensionem. Que omnia etc. Cum promissione rati habite pene dupli dicti precii etc. Cum reffectione damnorum et expensarum litis et obligatione omnium suorum bonorum et debita renuntiatione beneficiorum.

Actum Bononie, in capella s. Michaelis de Foro medii, sub porticu domus habitationis dicti domini Francisci, presentibus domino Laurentio de Pinu decretorum doctore, qui dixit se dictos contrahentes cognoscere, domino Petro de Boncompagnis legum doctore et domino Nicolao condam magistri Guizemani phisici de Trevisio studente in decretis, testibus.

CCCI (1227).

Filza unica, n. 117.

Ratifica di legato di giuspatronato fatta a Lorenzo Pini.

Bologna, 1384, 7 gennaio.

Il rev. P. Andrea d'Andrea figlio di Federico dottore di decreti nel proprio testamento rogato il 31 agosto 1383 avea nominato erede Lorenzo Pini o Dal Pino dottore di decreti del giuspatronato di quelle capelle situate nella chiesa di s. Pietro che gli appartenevano; cioè di s. Giovanni Battista e di s. Giovanni Evangelista, di s. Maria Maddalena, di s. Giovanni Battista e dei quattro dottori, detta pure di s. Gregorio. Il vicario della curia vescovile di Bologna ratifica questo legato col consenso degli altri coeredi.

In Christi nomine amen. Eiusdem nativitatis anno millesimo trecentesimo octuagesimo quarto, indictione septima, die septimo mensis ianuarii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Urbani pape sexti anno sexto. . . . .

Actum Bononie, in episcopali palacio, super logia sita penes curtile magnum dicti palacii, presentibus domino Martino de Glemona archidiacono aquileiense, presbitero Francisco condam Petri archipresbi-

tero plebis sancti Marini bononiensis diocesis, Georgio filio Iacobi de Sibilinis et Bernardo Iacobi de Ulgiano notariis, testibus ad predicta vocatis, adhibitis et rogatis.

CCCII (1228).

Ivi, n. 113.

Cessione di diritti fatta da prete Ugolino Agolanti a Pietro del fu Iacopo Gallina.

Bologna, 1384, 20 gennaio.

Prete Ugolíno del fu Riniero Agolanti bolognese cede a Pietro del fu Iacopo Gallina veneziano procuratore di Caterina madre ed erede del fu Cristoforo di Iacopo Gallina tutti i diritti e gli utili che detto Ugolino aveva verso il comune di Venezia e detta Caterina quale erede di Cristoforo Gallina.

In Christi nomine amen. Eiusdem nativitatis anno millesimo trecentesimo octuagesimo quarto, indictione septima, die vigesimo mensis ianuarii. . . . .

Actum Bononie, in episcopali palacio, super logia sita penes curtile magnum dicti palacii, presentibus egregio decretorum doctore domino Laurentio de Pinu bononiense, domino Martino de Glemona archidiacono aquileiense, domino Andrea quondam magistri Iohannis de Suncino vicario curie episcopalis bononiensis, qui dixerunt se dictos contrahentes cognoscere, ser Iuliano condam Zonarini canzelario comunis Bononie, domino Iacobo rectore ecclesie s. Thome de Braina licentiato in iure canonico et Georgio Iacobi de Sibilinis notario testibus ad predicta vocatis, adhibitis et rogatis.

Nota et rogatio mei Iohannis condam Virgilii de Albirolis civis et notarii bononiensis.

CCCIII (1229).

Filza unica, n. 112.

Stima di libri fatta da Andrea del fu Guido de' Libri.

Bologna, 1384, 1 febbraio.

In Christi nomine amen.

In primis Decretales extim. duc. 47, item unum Sextum cum Clementinis ex. duc. 35, item unum Spechulum ex. duc. 24, item unum Roxarium super decreto ex. duc. 45, item Summa Hostiensis ex.

duc. 15, item Archidiaconum super Sexto ex. duc. 5, item unum Breviarium de chamera ex. duc. 30, item unum Missalem ex. duc. 35, item unum Pontificalem in corio albo ex. duc. 4, item unum Pontificalem choperto de veluto azuro ex. duc. 8.

Ego Andreas condam Guidonis de Libris extimavi suprascriptos libros.

CCCIV (1230).

Ivi, n. 112.

Consegna di libri a prete Ugolino Agolanti.

Bologna, 1384, 1 febbraio.

MCCCLXXXIIII, inditione septima, die primo mensis februarii, pontificatus domini nostri domini Urbani pape sexti anno sexto.

In primis Sextus cum Clementinis, duc. tregintaquinque, item Ponficale copertum de veluto, duc. octo, item Archidiaconum super Sexto, duc. quinque, item Pontificale in corrio albo, duc. quatuor, item Decretales, ducat. quadraginta septem, item Missale, duc. trigintaquinque, item Summa Hostiensis, duc. quindecim, item Speculum, duc. vigintiquatuor, item Breviarium, duc. treginta, item Rosarium, duc. quadragintaquinque.

Petrus Galina assignavit presbitero Ugolino libros suprascriptos extimatos ut supra, et hoc pro satisfactione ducentorum triginta ducatorum auri. Presentibus domino Thoma Bonincontri, Garzone et Iohanne de Garzonis, Iacobino Muzolini bidello capelle s. Proculi et Michaele Bonacose capelle sancte Marie Magdalene et aliis testibus etc.

CCCV (1231).

Prot. 6.°, 1384, vol. cartaceo, con cop. membr., mm. 160 × 110, di c. 95 n., c. 36 r. — Originale.

Restituzione di somma mutuata da Catelano d'Agliè a Fazio da Rivarolo ambedue scolari.

Bologna, 1384, 23 marzo.

Die XXIII marcii. Dominus Chatelanus condam Bioni de Aladio Iporigensis diocesis studens Bononie in iure civili promixit dare, solvere et restituere domino Facio condam Iacobi de Riparolio studenti Bononie in eodem iure ducatos quinqueginta auri, quos ipse dominus Facius illico manualiter solvit eidem ex causa cuiusdam

litere cambii. Et hec in casu non reperiretur dictum dominum Catelanum per se, vel alium eius nomine dictos quinqueginta ducatos solvisse Guillelmo Archatori vel ser Oricho fratri domini Facii quibus, vel alteri eorum ipse dominus Catelanus dicit se fecisse dari et solvi totidem ducatos etc. Sub obligatione bonorum suorum et cum iuramento per ipsum dominum Catelanum prestito.

Actum Bononie, sub porticu stationis Antonii Feci mercatoris, site in capella s. Michelis de Foro medii, presentibus dicto Antonio, domino Fulcho Iohannis de Guaschonia studente Bononie in iure civili et Gerio condam Lapi Gerii testibus.

CCCVI (1232).

Ivi, c. 43 *v.*

Vendita di un appezzamento di terra da Gualtiero del fu Iacopo Santi a Lorenzo Pini.

Bologna, 1384, 26 aprile.

Gualtiero del fu Iacopo Santi notaio vende « domino Laurentio de Pinu » un appezzamento di terra di 12 tornature e mezza situato a Bertalia confinante con Lorenzo Pini, Guglielmo strazzarolo e con uno stradello, per il prezzo di 400 lire di bolognini.

Die XXVI aprilis. Gualterius condam Iacobi de Sanctis notarius civis bononiensis capelle s. Ioseph presente et consentiente. . .

Actum Bononie, in domo habitationis dicti domini Laurentii, in studio ipsius, posito in capella sancti Nicolai de Albaris, presentibus domino Tedisio Zanoti Frisarii de Barulo licentiato in iure civili, domino Egidio condam Toburcii de Fabriano, qui dixit etc., Guilelmo predicto et Iohanne condam Zardoli strazarolo capelle sancti Proculi, testibus etc.

CCCVII (1233).

Prot. 6°, c. 65 *r.* (Protocollo).

Elezione di Bartolomeo di Nicolò Carnelvari a Sindaco e Procuratore del collegio di medicina.

Bologna, 1384, 16 luglio.

Die XVI iulii.

Magister Petrus Aristotiles, magister Guido de Preuntis, magister Cristoforus de Honestis, magister Franciscus de Christianis, magister Franciscus de Cultris prior, magister Franciscus filius magi-

stri Petri Aristotilis, magister Paulus de Buvalellis, magister Guidotus de Rigitis et magister Petrus de Varignana, omnes doctores medicine, qui sunt ultra quam due partes doctorum collegii medicine Studii bononiensis, facientes et representantes totum dictum collegium, insimul congregati subtus confessium ecclesie cathedralis bononiensis pro negociis peragendis dicti collegii; posito partito inter eos hoc modo, videlicet quod illi quibus placet ut assumatur Bartolomeus Nicolai Carnelvarii sindicus, procurator et negociorum gestor dicti collegii ponat fabam albam, illi vero qui nolunt ponant fabam nigram, datis fabis et demum recolectis per Nicolaum condam Bertolomei Lombardi bidellum dicti collegii, reperte fuerunt sex fabe albe et tres nigre. Et per consequens ibi obtentum fuit inter eos ut constituatur ipse sindicus. Qui magister Paulus de Buvalellis protestatus fuit quia non consentibat quod aliqua expensa propterea fieret.

Eodem die, statim post predicta.

Prefati omnes magistri doctores medicine, excepto dicto magistro Paulo de Buvalinis, fecerunt, constituerunt et ordinaverunt eorum et dicti collegii sindicum, procuratorem, actorem et certum nuntium specialem ac negotiorum gestorem Bertolomeum condam Nicolai Carnelvarii presentem et acceptantem, ad omnia eorum et dicti collegii negotia exercenda et peragenda, et ad lites, cum pleno mandato, et ad protestandum significandum et quaslibet protestationes faciendum etc. Et ad substituendum etc. promittentes etc., et eum relevaverunt etc.

Actum Bononie, in ecclesia cathedrali, presentibus Nicolao condam Bertolomei Lombardi bidello dicti collegii, qui dixit se dictum constituentem cognoscere, Iohanne condam Martini de Duiolo notario, magistro Antonio Zucii de Perusio studente Bononie in artibus et Nicolino Nicolai de Flandria habitante Bononie in Porta Nova, testibus etc.

CCCVIII (1234).

Filza unica, n. 96 (Originale).

Nomina del Sindaco e Procuratore del collegio di medicina dello Studio Bolognese.

Bologna, 1384, 16 luglio.

In Christi nomine amen. Eiusdem nativitatis anno millesimo trecentesimo octuagesimo quarto, indictione septima, die XVI mensis iulii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Urbani pape sexti anno septimo.

Congregatis et simul colegialiter coadunatis infrascriptis doctoribus collegii medicorum Studii bononiensis in ecclesia cathedrali bononiense, subtus confessium dicte ecclesie, asserentibus se esse maiorem et saviorem partem dicti collegii et se representare totum collegium doctorum medicine Studii bononiensis; in qua congregatione interfuerunt infrascripti doctores medicine, videlicet: Magister Franciscus de Cultris prior dicti collegii, magister Petrus Aristoteles, magister Guido de Preuntis, magister Cristoforus de Honestis, magister Franciscus de Cristianis, magister Franciscus dicti magistri Petri Aristotelis, magister Guidotus de Rigetis et magister Petrus de Varignana.

Qui omnes ut colegium doctorum medicine dicti Studii bononiensis sponte et ex certa scientia unanimiter et concorditer fecerunt, constituerunt et ordinaverunt eorum et dicti collegii sindicum, procuratorem, actorem, factorem et certum nuntium specialem ac negotiorum gestorem Bartolomeum condam Nicolai Carnelvarii ibidem presentem et acceptantem specialiter et expresse, ad omnia ipsius collegii negocia peragenda, procuranda et expedienda. Et etiam liti et cause, quam dictum collegium habet et habere intendit cum Petro Martini, et generaliter ad omnes et in omnibus ipsius collegii litibus, causis, questionibus et controversiis quas habet et habere intendit cum quacumque alia persona, comune, collegio et universitate, et coram quocumque iudice et officiali ordinario, vel extraordinario, delegato, vel subdelegato, dato vel dando. Ad agendum, et defendendum civiliter et criminaliter, ad libellum et libellos dandum et recipiendum, litem et lites contestandum, sacramentum tam calumpnie quam veritatis et cuiuslisbet alterius generis virtutum in anima et super animas dictorum constituentium prestandum, exceptiones quaslibet proponendum, ponendum, et articolandum et positionibus et articulis respondendum. Testes, instrumenta, privilegia, literas et quaslibet probationes et iura producendum et inducendum et testes partis adverse iurare videndum, reprobandum et de falso accusandum, crimina et defectus opponendum, beneficium restitutionis in integrum ex quavis causa et in quocumque articulo implorandum, petendum recipiendum et obtinendum, iudices et notarios eligendum et recusandum, de loco conveniendum, in causa concludendum, suspecte et confidate dandum, sententiandum, unam et plures audiendum, et ab ea et eis et a quolibet alio gravamine illato, vel inferendo appellandum, provocandum, supportandum et comittendum et approbacionis causam prosequendum, usque ad finem. Et etiam ad protestandum, significandum et quaslibet protestationes et significationes, ex quavis causa et pro quocumque negoçio faciendum. Et ad substituendum et subrogandum loco sui in premissis unum et plures procuratores,

illum et illos revocandum, et alium et alios de novo reassumendum. Et generaliter ad omnia alia et singula facienda et procuranda que merita causarum et iuris ordo exigunt et requirunt, et que in premissis et eorum quolibet utilia fuerint et occurrerint opportuna. Dantes et concedentes eidem sindico et procuratori et substituendis ab eo plenum, liberum et generalem mandatum et potestatem, cum plena, libera, generali et absoluta administratione predicta omnia exercendi et procurandi; promittentes ut collegium antedictum eidem procuratori constituto et michi Iohanni notario infrascripto, ut publica persona stipulanti et recipienti, vice et nomine quorumcumque interest interesse possit et poterit se ipsos ut collegium antedictum firmum, ratum, gratum habere, et perpetuo tenere quicquid dictus eorum sindicus et procurator et substituendus ab eo in premissis factum et gestum fuerit in premissis, sive procurare, sub obligatione bonorum dicti collegii, et relevantes ipsum procuratorem et substituendum ab eo in premissis ab omni onere satisdationis, quod prestatur in iudicio de iudicio sese et iudicato solvendo per solempne stipulationis promissionem eidem procuratori et michi Iohanni notario infrascripto ut supra stipulanti, de iudicio sese et iudicato solvendo in omnibus suis clausulis necessariis et opportunis sub ipoteca et obligatione predictis.

Actum Bononie, in ecclesia catedrali, presentibus Nicolao condam Bartolomei Lombardi bidello dicti collegii, qui dixit se dictos constituentes et constitutum cognoscere, Iohanne condam Martini de Duiolo notario, magistro Antonio Zucii de Perusio studenti Bononie in artibus et Nicolao Nicholai de Flandria habitante Bononie in Portanova, testibus etc.

CCCIX (1235).

Prot. 6°, c. 66 *v.*

Nomina di Lodovico di Bartolomeo da Prato studente in diritto canonico a canonico della chiesa di s. Stefano in Prato.

Bologna, 1384, 18 luglio.

Die XVIII mensis iulii.

Dominus Ludovicus Bartolomei de Prato studens in iure canonico, canonicus ecclesie sancti Stephani de Prato Pistoriensis diocesis, sub expectatione prebende vacantis, vel vacature ut in literis apostolicis super inde confectis continetur, [se] constituit in presentia domini Andree de Suncino vicario curie episcopalis asserens ad eius notitiam pervenisse prebendam quam in eadem ecclesia tenebat dominus Iohannes ser Pauli de Pistorio vacare per mortem ipsius etc.,

ipsam prebendam accceptavit sicut in quantum etc. cum protestatione in similibus usitata.

Actum Bononie, in episcopali palatio, in audientia eorum, presentibus domino Torello et domino Bonacursio fratribus et filiis domini Nicolai de Prato legum doctoribus, domino Iohanne Bandini de Senis et domino Nicolao Bartolomei de Pistorio omnibus studentibus in iure civili testibus.

CCCX (1236).

Ivi, c. 70 *v*.

Ammissione al collegio degli artisti di Antonio di maestro Pietro da Tossignano.

Bologna, 1384, 3 agosto.

Magister Petrus de Varignana prior, magister Paulus de Bovalinis, magister Bertolomeus de Bonvilanis, magister Guillelmus de Argile, magister Petrus de Tausignano, magister Siverius de Fero suplens pro filio magistri Petri Ari[stotelis], omnes doctores artistarum et de colegio artistarum Studii bononiensis, vocati ad colegium de mandato dicti prioris, vocatis aliis doctoribus dicti colegii per Nicolaum bidellum, ut retulit ipse bidellus, et magistro Petro Aristotiles et magistro Francisco eius filio non repertis in civitate Bononie, ut retulit ipse bidellus, et atento quod magister Christoforus de Honestis, magister Iohannes de Muglio et magister Franciscus de Cultris venerunt ad bononiense colegium et infrascripti interesse voluerunt, sed postea recesserunt; predicti omnes sex, ut colegium doctorum artistarum, receperunt magistrum Antonium filium magistri Petri de Taussignano supernumerarium in colegio antedicto, volentes quod sit et esse debeat in dicto collegio et gaudere honoribus et emolumentis quibus alii utuntur; posito prius inter ipsos sex partito, secundum formam statutorum dicti colegii, ad fabas albas et nigras, et reperto quod omnes dicti sex posuerunt fabas albas. Qui magister Antonius iuravit, secundum formam statuti, rogante me etc.

Actum Bononie, in sacristia dicte bononiensis ecclesie, presentibus presbitero Albergeto capellano in ecclesia bononiense ad altare sancti Andree, presbitero Iohanne de Mascarella rectore ecclesie bononiensis sanctorum Iacobi et Philippi de Platisiis Bononie, magistro Petro nato Iohannis de Canobio mediolanensis diocesis et magistro Masino nato Francisci de Coderoncho comitatus Imole studentibus in artibus et in medicina et Nicolao condam Bartolomei Lom-

bardi bidello dicti colegii qui dixit se dictos omnes cognoscere, testibus etc.

CCCXI (1237).

Prot. 6°, c. 75 r.

Assoluzione di maestro Pietro da Varignana priore del collegio degli artisti, ed ammissione del figlio Antonio.

Bologna, 1384, 28 agosto.

Die XXVIII augusti.

Magister Petrus de Varignana prior collegii artistarum bononiensis fecit congregari dictum collegium subtus confesium ecclesie bononiensis, in qua congregatione interfuerunt ipse magister Petrus, magister Paulus de Buvalinis, magister Iohannes de Muglio, magister Franciscus de Cultris, magister Guillelmus de Argile, magister Severius de Fero et magister Petrus de Tausignano supernumerarius loco magistri Christofori de Honestis. Qui, ut asseruerunt, sunt due partes dicti collegii, cum magistri Petrus Aristotiles et Christoforus predictus sint extra civitatem et comitatum Bononie. Qui magister Petrus prior protestatus est quod quia non habet statuta collegii, intendit facere aliqua contra statutum et merere aliquam penam ipsius. Et illico reliqui omnes suprascripti, excepto magistro Francisco predicto, absolverunt ipsum priorem a pena statuti predicti, et ipse magister Iohannes etiam absolvit, si de iure hoc facere potest. Et predicti magistri Petrus de Tausignano et Guillelmus de Argile promisserunt eidem priori ipsum ex nunc indempnem a pena statuti et ab aliis que incurreret causa presentis contractus, et obligarunt omnia sua bona. Qui prior illico posuit inter eos partitum quod illi quibus placet ut magister Antonius filius dicti magistri Petri de Tausignano recipiatur in colegio predicto, ponant fabam albam, ceteri nolentes ponant nigram. Et sic, datis fabis et eis recoletis, invente fuerunt de septem fabis; sex albe et una nigra. Qui omnes doctores sic congregati, viso dicto partito, ipsum magistrum Antonium in colegio predicto receperunt, excepto magistro Francisco predicto, qui protestatus fuit quod hoc faciebat si et in quantum hoc de iure et secundum formam statuti dicti colegii facere posset et non aliter, et eodem modo ducatum unum datur ei per dominum magistrum Antonium pro dicta receptione recepit.

Actum Bononie, subtus confessium dicte ecclesie, presentibus Nicolao condam Bartolomei Lombardi bidello dicti collegii, Lanzaloto condam Virgilii de Mediolano habitante Bononie in capella s. Dominici et magistro Andrea condam Petri de Ianua studente Bononie in medicina, testibus.

CCCXII (1238).

Filza unica, n. 76.

Elezione di prete Nicolò del fu frate Simone capellano del monastero di s. Bartolomeo di Musigliano al rettorato della chiesa di s. Alberto.

Bologna, 1384, 29 dicembre.

Vacando il rettorato della chiesa di s. Alberto per la morte di prete Iacopo Merleti, fu eletto in sua vece frate Simone capellano del monastero di s. Bartolomeo di Musigliano.

In Christi nomine amen. Eiusdem nativitatis anno millesimo trecentesimo octuagesimo quarto....

Actum Bononie, in monasterio sancti Stephani predicti, in loco capituli, presentibus domino fratre Antonio de Blanchis priore monasterii de Alvoglio, Petro condam Francisci de Savignano bononiense et domino Baldo Sercii de Neapoli studenti Bononie in iure civili, testibus ad predicta vocatis, adhibitis et rogatis.

Nota et rogatio mei Iohannis quondam Virgilii de Albirolis civis et notarii bononiensis.

CCCXIII (1239).

Prot. 11°, 1385, vol. cart., con cop. membr., mm. 150 × 100, di c. 85 n., c. 41 r. — Originale.

Presentazione di esaminando in diritto canonico.

Bologna, 1385, 5 agosto.

Die quinto mensis augusti.

Egregii decretorum doctores domini Laurentius de Pinu et Galvanus Bitini constituti in presentia egregii utriusque iuris doctoris domini Ieremie de Angelellis prioris bononiensis colegii dominorum doctorum canonistarum Studii bononiensis presentaverunt eidem domino priori nobilem et venerabilem virum dominum Iohannem de Ungaria archidiaconum de Dobocha, examinandum etc., petentes ipsum admitti ad examen privatum, sibique diem martis proxime venturum assignari. Qui dominus prior exacto prius ab eodem domino Iohanne et per eum prestito in manibus dicti domini prioris corporaliter iuramento, quod non prius alibi quam in Bononia recipiet publicum et conventum et quod, si continget eum aprobari, non procurabit agregari dicto colegio, et alia omnia iuravit que tenetur et

debet secundum formam statutorum dicti collegii, eum admixit et ei statuit diem martis proxime venturum ad subeundum dictum examen, et mandavit fieri cedulas doctoribus pro illa die in et ante hora misse sancti Petri; rogans me Iohannem notarium dicti collegii ut de premissis publicum conficiam instrumentum.

Actum Bononie, in ecclesia catedrali, presentibus domino Tedisio Frisario de Barulo legum doctore, domino Francisco de Arimino rectore universitatis citramontanorum dicti Studii, Ieromino condam Federici de Libris et Nicolao Bartolomei de Lombardis bidellis, testibus etc.

CCCXIV (1240).

Ivi, c. 57 r.

Nomine di procuratori da Simone da Parma Dottore di decreti nelle persone di Egidio da Fabriano, Pietro de' Garsi e Nerio da Pistoia studente in diritto civile.

Bologna, 1385, 5 settembre.

Venerabilis vir dominus Simon de Parma decretorum doctor, decanus sancti Iacobi de Carbonensibus Bononie, fecit suos procuratores dominum Egidium de Fabriano, dominum Petrum de Garsis de Parma, dominum Nerium de Pistorio scolarem in iure civili, Ambroxium condam Bernardi de curia de Parma et quemlibet eorum in solidum absentes specialiter ad locandum etc. ad petendum et absolvendum etc. ad accusandum etc. protestandum etc. componendum et transigendum etc. et ad lites cum pleno mandato et relevatione et potestate substituendi etc. Item constituit suum in dicta ecclesia vicarium dominum Andream Iohannis de Regno, cum potestate celebrandi etc.

Actum Bononie, in ecclesia catedrali, presentibus presbitero Raimundo Rainaldi sacrista ecclesie predicte, Dominico de Campanis ad altare sancti Andree, Stephano ad altare sancti Georgii et Iohanne de Grinciis ad altare sancti Michaelis, testibus etc.

CCCXV (1241).

Prot. 12°, 1386-87, vol. cart. con cop. membr., di mm. 155 × 100, di c. 67 n., c. 9 r. — Originale.

Protesta di Simone siciliano studente in diritto civile.

Bologna, 1386, 13 febbraio.

Die XIII februarii.

Dominus Simon de Sicilia studens Bononie in iure civili protestatus fuit Cambio de Alberghis ut faciat instrumentum rectoratus

domino Antonio de Mantua asserenti se rectorem universitatis scolarium etc. maxime cum ipse non sit rector, nec iuridice ellectus. Aliter protestatur de dampnis, expensis etc., de iniuriis, etc.

Actum Bononie, in episcopali palacio, presentibus domino Garzono domini Iohannis de Garzonibus de Lucha studente Bononie in iure civili et domino Antonio ser Coradini Sansoni de Savona studente in dicto iure, testibus.

CCCXVI (1242).

Filza unica, n. 69.

Assoluzione da giuramento per Antonio de' Nerli mantovano rettore degli scolari citramontani.

Bologna, 1386, 26 febbraio.

In Christi nomine amen. Eiusdem nativitatis anno millesimo trecentesimo octuagesimo sexto, indictione nona, die XXVI mensis februarii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri dominis Urbani pape sexti, anno octavo. Coram venerabili viro domino Andrea de Suncino generali vicario curie episcopali bononiensis personaliter constituto, prudens vir dominus Antonius de Nerlis de Mantua rector universitatis scolarium citramontanorum Studii bononiensis, narravit eidem domino vicario quod cum ipse ex una parte idem vir dominus Antonius de Sicilia scolaris studens in Studio bononiense ex parte altera, lite inter eos vertente super rectoratu et officio rectoratus universitatis predicte et aliis dependentibus ab eodem, se compromisserint in magnificos dominos ancianos et vesiliferum iusticie et in honorabiles viros dominos confalonerios et massarios arcium civitatis predicte et in dicto compromisso iuraverint atendere et observare omnia et singula, laudanda et declaranda per ipsos compromissarios, et contra ea non venire directe vel indirecte, ut de hiis plenius constare dixit ex instrumento scripto manu Peregrini condam Iohannis de Zambechairis notarii bononiensis, prefati domini compromissarii, suum laudum tulerunt manu publica scriptum. Sed quia laudum ipsum iniusticiam et iniquitatem evidentem ac intolerabilem errorem continet, petiit ab ipso domino vicario ut illud petere possit reduci ad arbitrium boni viri et in melius reformari, se ab ipso iuramento absolvi, et super hiis sibi de opportunis iuris remedio provideri. Qui dominus Andreas vicarius, hiis auditis et intelectis, attendens quod iuramentum esse non debet vinculum iniquitatis, prefatum dominum Antonium presentem et humiliter petentem a predicto iuramento per eum in dicto compromisso sub quacumque verborum conceptione prestito, ad hoc solum ut ipse dominus Antonius possit

contra omnem iniustitiam, iniquitatem et intolerabilem erorem, quem et quos dictum laudum in se quomodolibet contineret, venire possit, et se ab ipsis iniusticia et iniquitate defendere, ac illud laudum quoad predicta petere reduci ad arbitrium boni viri, et in melius reformari. Ex certa scientia, auctoritate sui vicariatus officii, et omni modo iure, via et forma quibus melius potest, absolvit et eum absolutum esse declaravit. Mandans michi Iohanni notario infrascripto ut de premissis publicum conficiam instrumentum.

Actum Bononie, in episcopali palacio, presentibus nobilibus viris dominis Sacramosio de Gonzagha de Mantua et Nicolao de Boiardis de Riberia, ac domino Iohanne Badini de Senis et dominio Antonio Iacobi de Pistorio omnibus scolaribus studentibus Bononie, testibus ad predicta vocatis, adhibitis et rogatis.

CCCXVII (1243).

Ivi, c. 14 *r*.

Nomina di procuratore da parte di Giovanni del conte Giovanni de Sceperdos (1) *ungherese rettore degli scolari oltramontani nella persona di Perone de' Camptari, scolaro siciliano.*

Bologna, 1386, 9 marzo.

Nobilis et venerabilis vir dominus Iohannes natus condam domini comitis Iacobi de Sceperdos de Ungaria, archidiaconus de Debolia et canonicus prebendatus ecclesie transsilvane, decretorum doctor ac rector universitatis scolarium ultramontanorum Studii bononiensis, sponte et ex certa scientia citra revocationem aliorum suorum procuratorum, de novo fecit, constituit et ordinavit suum verum et legitimum procuratorem, actorem, factorem et certum nuntium specialem prudentem virum dominum Peronum condam Iohannis de Camptaribus de Scicilia scolarem Studii bononiensis in iure canonico, presentem et hoc mandatum sponte suscipientem specialiter et expresse ad ressignandum pure et simpliciter archidiaconatum et canonicatum et prebendam predictam in manibus prefati sanctissimi in Christo patris et domino nostri domini Urbani pape sexti, seu alterius ad hec potestatem habentis et ad enuntiandum pure omni iuri sibi constituenti quomodolibet competenti in eisdem archidiaconato, canonicatu et prebenda; et quodlibet iuramentum licitum et opportunum in animam et super animam ipsius constituentis prestandum, ac etiam

(1) Nel *Primus liber secretus iuris canonici* è chiamato: *Iohannes de Ungaria.*

ad substituendum et subrogandum loco sui in premissis unum et plures procuratores, illum et illos revocandum, et alia et alios de novo reassumendum. Et generaliter ad omnia alia et singula facienda, procuranda et exercenda, que in premissis et eorum quolibet necessaria fuerint et occurrerint opportuna, et que ipsemet constituens facere posset, si personaliter interesset, etiam si mandatum exigitur plus speciale; cui procuratori suo et substituenti ab eo in premissis idem constituens, dedit plenum, liberum et generale mandatum, cum plena, libera, generali et absoluta admnistratione predicta omnia et singula faciendi, procurandi et adimplendi etiamsi mandatum exigant plus speciale, promittens eidem procuratori et michi Iohanni notario infrascripto, ut publice persone stipulanti et recipienti, vice et nomine quorumcumque interest, interesse posset et poterit, se firmum, ratum et gratum habere et perpetuo tenere quicquid per dictum suum procuratorem et substitutum ab eo in premissis factum et gestum fuerit in predicte sententie procuratum sub ipoteca et obbligatione omnium suorum et dictorum suorum beneficiorum, bonorum presentium et futurorum rogationum.

Actum Bononie, in episcopali palacio, super logia sua, penes audientia causarum curie episcopalis, presentibus domino Andrea de Suncino licentiato in secretis, vicario curie episcopalis bononiensis, Iohanne condam Martini de Duiolo notario et cive bononiense et ser Maio Francisci de Cesena notario, testibus ad predicta vocatis, adhibitis et rogatis.

CCCXVIII (1244).

Ivi, c. 22 *v*.

Compromesso nella persona di Lorenzo Pini per una lite fra maestro Donato del fu Savino medico ed il vescovo di Bologna per causa di decime.

Bologna, 1386, 19 aprile.

Reverendus pater Dominus Philippus cardinalis et administrator ecclesie bononiensis ex una parte, et magister Donatus condam Savini medicus civis bononiensis ex altera, et uterque ipsorum se compromisserunt in dominum Laurentium de Pinu presentem et acceptantem de lite inter ipsas partes vertente occasione census, seu decimarum, quas ispe dominus administrator asserit episcopatum bononiensem debere recipere singulis annis ab ipso magistro Donato pro tereno, quod ipse possidet in curia Altedi, prout solvunt alii terena habentes in Altedo predicto; ad que se teneri negat ipse magister Donatus, dantes eidem compromissam potestatem procedendi

de facto et de iure diebus feriatis et non feriatis nullo iuris ordine servato, vel non servato. Et promitentes stare et parere laudo et sententie ipsius domini Laurentii etc., et contra illud non opponere exceptionem aliquam etc., nec petere aliud reduci ad arbitrium boni viri etc., sed illud ratificare etc., que omnia etc. cum promissione vicissitudinis rati habiti, pena centum ducatorum auri etc. Cum mutua reffectione dampnorum et ex pena et mutua obligatione omnium bonorum episcopatus, et dicti magistri Donati. Qui magister Donatus iuravit etc. et ex nunc consensit quod vicarius curie episcopalis bononiensis cogat eum, si dictum laudum contra se latum fuerit, illud observare etc. Qui dominus Laurentius illico eisdem partibus terminum unius mensis proxime venturi statuit et hec pro prima dilatione.

Acta fuerunt hec Bononie, in episcopali palacio, presentibus dominis Andrea de Suncino et Bello de Forlivio vicariis dicte curie, presbitero Iohanne de Duiolo rectore ecclesie sancti Donati Bononie et Nicolao Tadei Bombaronis, testibus etc.

CCCXIX (1245).

Filza unica, n. 61.

Locazione di Andrea da Soncino a maestro Bonifacio dalle Pecore di alcune case ad uso di scuole di grammatica.

Bologna, 1386, 12 giugno.

In Christi nomine amen. Eiusdem nativitatis anno millesimo trecentesimo octuagesimo sexto, indictione nona, die duodecimo mensis iunii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Urbani pape sexti anno nono.

Venerabilis vir dominus Andreas condam magistri Iohannis de Suncino civis bononiensis, sponte et ex certa scientia dedit et concessit magistro Bonifacio condam ser Muzoli de Pecudibus civi bononiensi, presenti et pro se et suis heredibus conducenti, a festo sancti Michaelis mensis septembris proxime venturi usque ad duos annos tunc proxime secuturos, quasdam domos ipsius domini Andree, deputatas ad usum scolarum gramaticalium, positas Bonomie, in capella sancti Salvatoris, iuxta magistrum Paulum de Buvalinis medicum, iuxta heredes Ghirardini de Negosantibus, iuxta Cognosentem de Cognoscentibus, iuxta Bataiucium de Bataiuciis, et iuxta viam publicam. Dans et concedens ex nunc idem locator eidem conductori facultatem in dicto festo sancti Michaelis futuro in-

trandi dictas domos locatas; ac promittens eidem stipulanti presentem locationem firmam etc. et eum manutenere in dictis rebus locatis, usque ad terminum antedictum. Et hec omnia ideo fecit ipse locator, quia ex adverso dictus conductor ad hec se suosque heredes et bona specialiter obligando solempniter stipulavit et pacto promixit per se et suos heredes eidem domino Andree locatori pro se et suis heredibus et successoribus stipulanti dictis domibus locatis uti et frui arbitrio boni viri; et pro pensione et nomine pensionis dictarum rerum locatarum dare, solvere et numerare eidem domino Andree locatori singulis annis, durante dicta locatione, libras centumquinque bononinorum hoc modo, videlicet medietatem dicte pensionis in festo nativitatis domini nostri Jhesu Christi, et aliam medietatem in festo pascatis seu resurezionis eiusdem, et sic successive quolibet dictorum annorum. Quod si solutio dicte pensionis dictis terminis et quolibet eorum facta non fuerit etc. cum pacto assignationis pignorum infra quinque dies etc. pena quinqueginta librarum solvendarum infra alios quinque dies postquam ipsam penam inciderit etc. Qui conductor illico manualiter coram testibus et me notario infrascripto, dedit, solvit, et numeravit eidem locatori recipienti libras tregintaquinque bononinorum pro parte pensionis dictarum domorum primi anni et terminum locationis predicte. Convenerunt autem ad invicem partes predicte tempore huius contractus et instrumenti, et ante et post continuo quod dictus conductor teneatur omnibus suis expensis evacuare, purgare, nictidare et purgatas tenere latrinas, cloachas, puteos et vias publicas, spectantes et pertinentes ad domos predictas, etc. etiam, si tempore dicte locationis et ea durante, comune Bononie, vel eius vices gerentes, aut officiales imponerent, seu imponent domibus predictis, vel earum pensionibus, aliqua onera, seu colectas, vel imbotatum, quod tunc et eo casu idem conductor teneatur et debeat propriis suis expensis solvere dictas colectas, seu imbotatum, quod imponi continget domibus predictis ascendet ultra unum soldum pro libra qualibet pensionis predicte; id totum quod imponi continget ultra dictum soldum solvere teneatur locator predictus. In fine vero dicti termini duorum annorum promixit dictus conductor eidem locatori dictas domos locatas in eque bono statu prout erant tempore quo incipiet dicta locatio, eidem locatori libere restituere et relassare, omni iuris et facti exceptione remota. Renuntians ipse conductor expresse et per pactum omni statuto et iuri inquilinatus sibi concesso competenti, in forma statutorum universitatis scolarium Studii bononiensis, et omni alio legum et canonum auxilio per que ipse conductor posset, vel dicerèt sibi licite posse retinere domos predictas, ultra dictum terminum duorum annorum. Que omnia et singula suprascripta et infrascripta predictus dominus

Andreas locator ex una parte, et dictus magister Bonifacius conductor ex altera, et uterque eorum promisserunt sibi ad invicem solempnibus stipulationibus hinc inde intervenientibus perpetuo firma et rata habere, tenere etc. Sub pena dupli dicte pensionis solempni stipulatione vicissim promissa, qua soluta etc. expensarum litis et extra, et mutua obligatione omnium suorum bonorum, et debitis et mutuis renuntiationibus beneficiorum.

Actum Bononie, in episcopali palacio, in camera ipsius domini Andree locatoris, presentibus Petro condam Chodechà de Chodechà capelle sancti Laurentii Porte Sterii, magistro Bertolomeo condam Caroli de Foroiulii studente Bononie in gramaticalibus, qui dixerunt se dictos contrahentes cognoscere, Iohanne condam Angelini muratore capelle sancti Isaie et Iohanne condam Landi muratore capelle sancte Caterine de Saragocia, testibus ad predicta vocatis, adhibitis et rogatis.

Nota et rogatio mei Iohannis condam Virgilii de Albirolis civis et notarii bononiensis.

CCCXX (1246).

Ivi, n. 60.

Vendita di una casa da Giovanni del fu Lando ad Andrea del fu M.º Giovanni da Soncino.

Bologna, 1386, 25 giugno.

In Christi nomine amen. Eiusdem nativitatis anno millesimo trecentesimo octuagesimo sexto, indictione nona, die vigesimoquinto mensis iunii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Urbani pape sexti anno nono. Iohannes quondam Landi murator, civis bononiensis capelle s. Caterine de Saragocia, sponte et ex certa scientia, per se et suos heredes, dedit vendidit et tradidit venerabili viro domino Andree condam magistri Iohannis de Suncino, licentiato in iure canonico, civi bononiensi, capelle s. Antolini, ibidem presenti, recipienti et ementi unam domum cupatam, tasselatam et balchionatam a latere posteriori, et cum orto a dicto latere posteriori, positam Bononie, in dicta capella sancte Caterine, in contrata vocata Pizaimorti, iuxta Franciscum de Suncino laboratorem, iuxta Bonagratiam cui dicitur Clerichinus de Ulgiano, alias de Lamola, iuxta Bonum aurificem, post dictum ortum mediante fossato comuni et vicinati et iuxta viam publicam, vel alios suos veriores confines. Ad habendum, tenendum, possidendum etc. Et hec nominatim pro precio in summa librarum centum bononinorum, quod precium totum et integrum idem emptor manualiter dedit, solvit,

numeravit et dimixit eidem Iohanni venditori precium ipsum totum et integrum recipienti ac confitenti et asserenti tantam esse dicti precii quantitatem, illudque totum habuisse et recepisse a dicto emptore, ut dictum est. Quam quidem domum venditam idem venditor constituit se nomine dicti emptoris per factum possidere et quasi donec ipsius rei vendite possessionem ipse emptor adeptus fuerit corporalem, quam accipiendi auctoritatem propria et retinendi eidem licentiam contulit et liberam facultatem. Necnon promixit ipse Iohannes venditor dicto domino Andree de dicta domo et orto vendita ullam per se, vel alium, seu alios, aliqua ratione, vel causa, de iure, vel de facto, in iudicio, sive extra, litem, questionem et controversiam non inferre, movere, refferre, nec inferenti, moventi, vel refferenti consentire. Sed pocius ipse Iohannes venditor et domina Bartolomea eius soror et filia dicti olim Landi, licet ipsa ad hec non teneatur, volens tamen huic obligationi accedere, et se ad hec in solidum cum dicto Iohanne principaliter obligare et uterque eorum ad hec se ipsos, suos heredes et bona omnia principaliter et in solidum obligando, promiserunt per se et eorum heredes eidem domino Andree suprascriptam domum venditam cum dicto orto et aliis superestantibus tam in proprietate, quam in possessione et cum omni suo iure, usu et consuetudine eidem domino Andree legitime et in solidum defendere, auctorari et disbrigare in omnem casum et ab omni persona, comune, collegio, et universitate, et a quolibet iure et onere civili vel municipali civitatis Bononie, quovis arbitrio, causa, vigore inductis vel inducendis. Et de ipsa re vendita possessionem vacuam, liberam et expeditam esse. Et nichilominus omnem litem, questionem, causam, controversiam et molestiam que eidem emptori, vel suis heredibus aut successoribus inferri contigerit, de dicta domo vendita, cum superestantibus, tam per libelli oblationem, quam alio modo, cum pactis, susceptionis, litis et de libello etc.

Que omnia et singula predicti Iohannes et domina Bartolomea iuraverunt in solidum et promiserunt per se ed eorum heredes dicto domino Andree perpetuo firma et rata habere etc. sub pena dupli pretii suprascripti etc. cum refectione dampnorum et expensarum litis et obligatione in solidum omnium suorum bonorum. Ad hec domina Caterina condam magistri Cavrioli de Parolis, et uxor dicti Iohannis venditoris, suprascriptis omnibus pactis consensit et primo certificata per me Iohannem notarium infrascriptum dictam domum venditam sibi pro suis fore dotibus obligatam et de omni alio iure, sponte et ex certa scientia, ad instantiam predicti emptoris et presente dicto Iohanne eius viro, renuntiavit omni iuri, obligationi et ipotece sibi competentibus et competituris in dicta domo vendita, vigore dotium suarum et alia quacumque de causa, quod ius et omne aliud

eidem emptori pacto expresso remisit ac in eum transtulit et translatum esse voluit et mandavit. Preterea dicte domine Bartolomea et Caterina constituerunt earum procuratorem Tomam condam Antonii de Lanceis testem infrascriptum presentem specialiter ad denuntiandum hoc presens instrumentum alteri ex notariis deputatis ad memoriale comunis Bononie et ad petendum, instandum et fatiendum illud scribi, poni et registrari in dicto memoriali secundum formam statutorum dicti comunis, et ad alia omnino faciendum que in premissis utilia fuerint, promittentes eidem procuratori perpetuo firmum et ratum habere quicquid factum fuerit in premissis, sub ipoteca et obligatione omnium suorum bonorum.

Actum Bononie, in episcopali palatio, in camera dicti domini Andree emptoris, presentibus Zevenino condam Minarelli laboratore et manuale, habitante Bononie, in capella s. Caterine de Saragocia, qui dixit se dictos contrahentes cognoscere, Thoma condam Antonii de Lanceis notario bononiense, Blaxio Rolandini de Torellis notario bononiense et Petro condam Iohannis de Botonibus capelle sancte Caterine predicte, testibus ad predicta vocatis, adhibitis et rogatis.

Nota et rogatio mei Iohannis condam Virgilii de Albirolis civis et notarii bononiensis.

CCCXXI (1247).

Ivi c. 42 *v*.

Revoca di procura fatta da Lorenzo Pini.

Bologna, 1386, 23 luglio.

Dominus Laurentius de Pinu decretorum doctor, procurator domini Iohannis condam comitis Iacobi de Seprentes, ad hec specialiter mandatus, ut constat ex instrumento scripto manu mei notarii, substituit loco sui dominum Peronum condam Iohamnis de Campsore presentem, specialiter ad intimandum omnibus procuratoribus ipsius domini Iohannis, et aliis personis, revocationem ipsorum procuratorum, de qua fit mentio in instrumento procurationis predicte.

Actum Bononie, in capella sancti Nicolai de Albaris, in domo habitationis ipsius domini Laurentii, presentibus domino Nicolao condam Vicemani de Trevisio scolare studente Bononie in iure canonico, qui dixit etc. et Iohanne Gerardi de Barberiis de terra Ulgiani comitatus Bononie testibus.

CCCXXII (1248).

Filza unica, n. 54, e Prot. 12°, c. 57 r.

Ammissione di maestro Tommaso degli Arienti nel collegio di medicina ed arti.

Bologna, 1386, 22 ottobre.

In Christi nomine amen. Eiusdem nativitatis anno millesimo trecentesimo octuagesimo sexto, indictione nona, die vigesimo secundo mensis octobris, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Urbani pape sexti anno nono.

Congregatis et simul coadunatis ad colegium dominis doctoribus medicine in sacristia ecclesie catedralis Bononiensis, ex commissione et mandato (1) prudentis viri magistri Francisci de Cultris prioris doctorum dicti collegii, in qua congregatione interfuerunt infrascripti doctores colegii medicine studii bononiensis, videlicet: dictus magister Franciscus de Cultris prior dicti colegii, magister Guido de Preuntis, magister Petrus de Tausignano, magister Guidotus de Nobilibus de Vado (2), magister Petrus de Varignana, magister Iohannes de Chazano, magister Iohannes de Muglio et magister Matheus de Bononia.

Quibus omnibus dominis doctoribus sic, ut premittitur, in dicta sacristia congregatis (3), idem magister Franciscus prior dixit et protestatus fuit quod cum idem prior fecerit legitime vocari ad collegium (4) omnes doctores dicti collegii pro ista hora, pro tractandis negociis ipsius collegii et aliis, doctores non venerunt licet usque ad horam congruam fuerint expectati (5). Non intendit pro aliqua proponenda per eum in dicto collegio, venire, neque facere contra statutum dicti collegii, pro eo quia proponat infrascripta, in ipso collegio (6) absque eo quod ibi non sit debitus numerus doctorum (7) dicti collegii secundum formam dicti statuti. Qua protestatione per ipsum sic ut premittitur facta (8), et per suprascriptos doctores admissa, idem prior proposuit coram ipsis doctoribus (9) quod illi

(1) *Ex requisitione,* leggesi nel Prot. XII, c. 57 *v.*

(2) *Magister Guidotus,* ivi.

(3) *Quibus omnibus sic congregatis idem dominus prior protestatus fuit,* ivi.

(4) *Ad collegium* manca ivi.

(5) Da *licet* a *expectati* manca ivi.

(6) Da *infrascripta* a *collegio* manca ivi.

(7) Manca.

(8) Da *per ipsum* a *facta* manca.

(9) Mancano queste tre parole.

quibus placet quod super dicto et contra ipsum statutum (1) dispensetur, quod non obstante quod in hac congregatione (2) non sit debitus numerus doctorum dicti collegii, et non sit debitus numerus doctorum dicti collegii, et non obstante (3), quod magister Thomas de Arientis doctor phisice (4), petens ad ipsum collegium incorporari, non adimpleverit omnia que requiruntur ex forma statutorum dicti collegii, ut ad collegium ipsum admitti possit (5), et nichillominus omnibus istis, non obstante inter presentes doctores possit poni partitum de introitu et incorporatione dicti magistri Thome ad collegium prelibatum ponant fatam albam; illi vero quibus hoc non placet ponant nigram. Quo partito sic celebrato (6) et fabis datis ipsis doctoribus et ab eis recolectis (7), ipsique in publico numeratis, reperte sunt ex ipsis fabis sex fabe albe et due nigre. Et sic obtentum fuit ut dispensetur (8) contra statutum predictum, et quod possit poni partitum super receptione et incorporatione dicti magistri Thome ad dictum collegium, non obstantibus omnibus suprascriptis. Quo partito sic posito et obtento inter dictos doctores, idem prior dixit et proposuit eisdem doctoribus sic collegialiter congregatis, quod illi quibus placet ut idem magister Thomas recipiatur (9) et incorporetur ad ipsum collegium, et de cetero sit in collegio antedicto cum honoribus, oneribus et emolumentis consuetis, non obstantibus suprenarratis, ponant fabam albam; illi vero (10) quibus non placet ponant fabam (11) nigram. Quo partito sic celebrato (12) et fabis datis et recolectis, et in publico numeratis (13) et earum numeri collatione facta, reperte sunt septem fabe albe et una nigra. Et sic obtento dicto partito, prefati omnes doctores, sic colegialiter congregati (14) ut collegium dictorum doctorum et omni modo, iure, via et forma quibus melius potuerunt, receperunt et admiserunt dictum magistrum Thomam ad collegium (15) antedictum, cum honoribus, oneribus et

(1) *quod super statuto* ivi.
(2) *ibi* ivi.
(3) Manca: *non obstante.*
(4) Manca: *doctor phisice, petens ad ipsum collegium incorporari.*
(5) *admittatur* ivi. Manca tutto ciò che segue fino a: *ponant fabam albam.*
(6) *partito facto* ivi.
(7) *datis et recolectis, reperte sunt,* ivi.
(8) *dispensetur super statuto. Item etiam proposuit quod illi* etc. ivi.
(9) *recipiatur ad collegium, non obstante predictis, ponat* etc.
(10) *Illi vero* manca.
(11) *Fabam* manca.
(12) *Facto et proposito,* ivi.
(13) Manca: *et in publico numeratis,* fino a *reperte sunt.*
(14) Manca da *sic* a *ipsum magistrum Tomam.*
(15) *ad collegium admiserunt,* ivi.

emolumentis consuetis, ipsum magistrum Thomam agregantes et incorporantes collegio antedicto. Qui magister Thomas illico sponte (1) iuravit (2) corporaliter ad sancta Dei evangelia, manu tactis scripturis, in manibus prefati domini prioris recipientis vice et nomine dicti collegii observare statuta dicti collegii (3) et inter ipsos doctores stando de eorum consensu, quam possessionem dicti collegii accepit et adeptus fuit, rogantes me Iohannem notarium infrascriptum ut de premissis pubblicum conficiam instrumentum.

Actum Bononie, in sacristia ecclesie catedralis sancti Petri, presentibus suprascriptis doctoribus medicine et Nicolao condam Bartolomei Lombardi bidello dicti collegii, testibus ad predicta vocatis, adhibitis et rogatis.

Nota et rogatio mei Iohannis Virgilii de Albirolis civis et notarii bononiensis.

CCCXXIII (1249).

Prot. 13°, 1387-88, vol. cartaceo, di c. 95 n., mm. 150 × 105, c. 18 *v.* — Originale.

Modificazioni allo statuto relativo ai guanti per le lauree in medicina ed arti.

Bologna, 1387, 13 giugno.

Die XIII mensis iunii.

Magister Paulus de Buvalinis prior medicorum, magister Franciscus Aristotelis prior artistarum, magister Guido de Preuntis, magister Iohannes de Muglio, magister Guidotus de Nobilibus de Vado, magister Franciscus de Cultris, magister Iohannes de Chazani, magister Matheus de Bononia, magister Tomas de Arientis, magister Severius de Fero, magister Bartolomeus de Bonvilanis, magister Antonius de Tausignano et magister Iacobus de Castagnolis, predicti omnes representantes et facientes totum colegium medicorum et artistarum, congregati subtus confessium ecclesie bononiensis, unanimiter provide statuerunt quod de cetero quilibet doctorandus publice vel private in medicina, vel in artibus, teneatur et debeat deponere ante eius doctoratum, tempore consueto, penes bidellum, cirotecas sufficientes pro doctoribus colegii illius scientie in qua ipse doctorabitur; qui cirotece sint ita longi et magni quod coperiant manus ultra medium brachii, et ita lati quod in eos bene et leviter intrent manus. Et sint de bono chorio chamosiato, videlicet de illis quorum duodena emitur et costat XXIIII soldos, vel ultra.

(1) Mancano queste due parole.

(2) Manca da: *corporaliter* a *scripturis.*

(3) Manca tutto ciò che segue ivi, fino ad *acta fuerunt.*

Et quod bidellus eosdem cirotecas, si sufficientes non fuerint, ut premittur, recipere et admittere non debeat. Et predicta fieri et observari voluerunt et mandant ut, de ceptero, non obstante aliquibus statutis contrariis, seu consuetudine contraria hactenus observata.

CCCXXIV (1250).

Filza unica, n. 33.

Contratto di servizio fra Antonio del fu Lorenzo da Cremona, suo figlio Zerbino e Luca Mauro veneziano studente in diritto civile.

Bologna, 1388, 11 febbraio.

In Christi nomine amen. Eiusdem nativitatis anno MCCCLXXXVIII, inditione XI, die undecimo februarii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Urbani pape sexti anno decimo.

Antonius condam Laurencii de Cremona, habitans ad presens in civitate Bononie et Zerbinus eius filius, mutuo inter eos interveniente consensu, sponte et ex certa scientia locaverunt venerabili viro domino Luce Mauro de Venetiis, ad presens studenti Bononie in iure civili, conducenti hinc ad decem annos proximos venturos, omnes operas et servicia ipsius Zerbini ipsi domino Luce eius familie prestanda, usque ad terminum antedictum. Promittentes et convenientes predicti Antonius et Zerbinus, unus de voluntate et consensu alterius, solemni stipulatione et pacto, eidem domino Luce stipulanti: videlicet dictus Antonius se facturum et curaturum ita et taliter, omni iuris et facti exceptione remota, quod dictus Zerbinus eius filius, ac ipse Zerbinus, cum consensu, presentia et voluntate dicti sui patris, quod ipse Zerbinus fideliter et solicite faciet et operabitur quecumque ipsi domino Luce, familie et negociis suis utilia crediderit et etiam quecumque sibi ab eo, vel familia sua bona fide precepta fuerint, et res eius et familie sue et cuiuscumque alterius que penes eum fuerint fideliter, omni dolo et fraude remotis, custodiet et salvabit, et de ipsis furtum non faciet, nec volenti facere consentiret; imo pro posse se opponet et quantumcumque facientem, seu facere volentem, aliquod furtum, dampnum, vel iniuriam ipsi domino Luce, vel eius familie, quantum sciverit, vel senserit eidem manifestabit, et secreta que sibi ab ipso domino Luca commissa fuerint, fideliter in secreto retiñebit. Quodque idem Zerbinus infra dictum terminum fu-

gam non aripiet, neque recedet, nec desistet a servicio antedicto; sed pocius omnia predicta, ut supra dictum est, fideliter observabit. Et hec omnia ideo fecerunt et promiserunt dicti Antonius et Zerbinus, quia prefatus dominus Luchas promixit et convenit eisdem Antonio et Zerbino stipulantibus, eidem Zerbino dare decenter et debite victum, vestitum et calciamentum usque ad terminum predictum, et facere et curare ac operam dare iuxta posse suum quod Zerbinus litteras adiscet.

Que omnia et singula suprascripta predicti Antonius et Zerbinus et uterque eorum, de eorum comuni consensu, ex una parte, et dictus dominus Luchas ex altera parte promisserunt sibi ad invicem, solempnibus stipulationibus hinc inde intervenientibus, perpetuo firma et rata habere etc. Sub pena (1) solempni stipulatione vicissim promissa; qua pena soluta vel non, nichillominus predicta omnia firma perdurent, item refficere et restituere sibi ad invicem omnia et singula dampna, expensas et interesse litis et extra. Et pro predictis omnibus et singulis firmiter observandis et efficaciter adimplendis, obligaverunt predicte partes sibi ad invicem omnia eorum bona mobilia et immobilia, presentia et futura, possessa et possidenda, cuiuscumque condictionis et ubicumque existent. Insuper predicti Antonius et Zerbinus et uterque ipsorum, videlicet ipse Zerbinus, de consensu et voluntate dicti Antonii sui patris, se submisserunt iurisdictioni, cognitioni, cohertioni et foro cuiuscumque iudicis ecclesiastici, vel secularis, coram quo propterea conveniri contingat, cuius iudicis iurisdictionem ex nunc in se et eorum bona prorogarunt, ita quod in quolibet casu quo predicti Antonius et Zerbinus predicta, vel aliquod predictorum non observarent, aut in aliquo contrafacerent, liceat ipso domino Luce ipsos Antonium et Zerbinum coram quocumque iudice convenire et cogere realiter et personaliter, ac ipsos capi, arestari, carcerari et detineri facere, pro exactione suprascripte pene ac dampnorum, expensarum et interesse occaxione predicta factarum et supportatarum. Preterea dicti Antonius et Zerbinus sponte iuraverunt corporaliter ad sancta Dei evangelia, manu tactis scripturis, predicta omnia firma et rata habere, tenere, atendere et observare, et in nulla contrafacere, dicere, opponere, vel venire.

Actum Bononie, in episcopali palacio, in audientia causarum dicte curie, presentibus venerabili viro domino Andrea condam magistri Iohannis de Suncino vicario curie episcopalis bononiensis; Girardo condam Iohannis de Colonia de Alamania et Iacobo condam domini Guillelmi fabro de Flandria, qui dixerunt se dictos contrahentes cognoscere, testibus ad predicta vocatis et rogatis.

(1) Spazio bianco.

CCCXXV (1251).

Ivi, n. 32.

Nomina di procuratore fatta da Paolo Schivazappa da Massafiscaglia dottore di leggi.

Bologna, 1388, 16 febbraio.

Sapiens vir dominus Paulus de Schivazapis de Massafischalie districtus Ferarie, legum doctor, procurator et nuntius specialis nobilis viri Iohannis condam Zilberti a Sale, de contrata sancti Gregorii, civitatis Ferarie, habens ad hec sufficiens mandatum, ut constat ex instrumento dicte sue procurationis, scripto in presenti millesimo, die quarto decimo mensis februarii, Ferarie, manu Bartolomei condam Nicolai notarii ferariensis, sponte et ex certa scientia substituit et subrogavit loco sui venerabiles et prudentes viros dominos Antonium de Sancto Angelo de Padua legum doctorem advocatum in curia romana, magistrum Antonium de Parma procuratorem in curia romana ac magistrum Iacobum Stnof et magistrum Henricum de Monteleone procuratorem in curia romana commorantes, absentes tamquam presentes, et quemlibet eorum in solidum, ita quod occupantis condictio melior non existat; sed quod unus eorum inceperit alterius prosequi valeat, mediare et finire, specialiter ad impetrandum in romana curia literas tam simplices, quam legendas, gratiam, vel iusticiam continentes et iudices delegatos in quacumque causa et impetratis contradicendum et ad conveniendum de iudice, vel iudicibus, et ad iudicem, vel iudices eligendum, opponendum et recusandum, appellandum et appellationem prosequendam, et cuiuslibet generis iuramentum: et ad omnia alia circa hoc faciendum, que ipse substituens ac dictus eius principalis facere posset si presens esset. Quibus procuratoribus substitutis, et cuilibet eorum idem dominus Paulus procurator predictus dicto nomine commisit super premissis dumtaxat plenarie vices suas donec eas duxerit revocandas.

Actum Bononie, in episcopali palacio, presentibus Otolino condam Francisci de Montesilice diocesis Paduane, domino Nicolao filio ser Antonii de Padua studenti Bononie in iure civili et Blaxio Rolandini de Torellis cive et notario bononiense testibus.

CCCXXVI (1252).

Filza unica, n. 30.

Licenza di vendere un appezzamento di terra a Imola chiesta da frate Paolo da Forlì.

Bologna, 1388, 20 aprile.

Frate Paolo da Forlí priore del monastero de' ss. Eustachio e Caterina d'Imola chiede di poter vendere una pezza di terra di tre tornature e mezza a Mazancolle nel contado d'Imola per potere restaurare il monastero che minacciava di rovinare.

In Christi nomine amen. Eiusdem nativitatis anno millesimo trecentesimo octuagesimo octavo, indictione undecima, die vigesimo mensis aprilis . . . . .

Actum Bononie, in capella sancti Nicolai de Albaris, in domo habitationis domini Laurentii de Pinu decretorum doctoris, presentibus ipso domino Laurentio de Pinu, domino Francisco Petrucii de Forlivio studenti Bononie in iure civili et domino Batista Iohannis de Mercatello scolare studenti Bononie et habitante in dicta capella sancti Nicolai de Albaris, testibus ad predicta vocatis, adhibitis et rogatis.

Nota et rogatio mei Iohannis Virgilii de Albirolis civis et notarii bononiensis.

CCCXXVII (1253).

Filza unica, n. 15.

Permuta fra Lorenzo Pini dottore di decreti e il monastero de' ss. Fabiano e Sebastiano.

Bologna, 1389, 5 giugno.

In Christi nomine amen. Eiusdem nativitatis millesimo trecentesimo octuagesimo nono, inditione duodecima, die quinto mensis iunii, pontificatus sanctissimi in Christo patris domini nostri Urbani pape sexti anno duodecimo.

Cum venerabilis pater dominus frater Bonaventura abbas et frater Bertolomeus Rosolini monacus monasterii sanctorum Fabiani et Sebastiani valis Lavini, ordinis sancti Benedicti, bononiensis diocesis, facientes et representantes totum capitulum dicti monasterii, pro evidenti utilitate et commodo dicti monasterii, deliberaverunt

quamdam petiam terre arative trium tornaturarum vel circa, sitam extra muros Bononie, in curia Bertalie, et confinatam iuxta dominum Laurentium de Pinu decretorum doctorem Bononie, a duobus lateribus, iuxta possessiones monasterii sancte Marie in strata, qua[itur] ad parochialem ecclesiam sanctorum Petri et Marcelini de Bononia, que ecclesia monasterio predicto canonice est unita, pleno iure pertinet, permutare cum prefacto domino Laurentio de Pinu, pro quadam ipsius domini Laurentii pecia terre arative et arborate trium tornaturarum, cum eo pluri vel minori quod esse reperiatur, cum una domo cupata superestante, posita in curia Gissi comitatus Bononie, in loco dicto Puzolo; iuxta viam publicam, iuxta Lavinum et iuxta possessiones dicti monasterii sanctorum Fabiani et Sebastiani. Et pro huiusmodi permutatione canonice facienda obtinuerunt a prefato domino nostro papa literas opportunas, scriptas in membrana et bulla plumbea, more romane curie, munitas, quarum tenor talis est: (Segue la copia della lettera apostolica ed il contratto).

Actum Bononie, in ecclesia catedrali sancti Petri, presentibus Iohanne Angelini olim Alberti Angelelli notario bononiense, qui dixit se dictos contrahentes cognoscere, domino Petro condam Perini de Boncompagno legum doctore bononiense, Colao Iacobi de Lanceis cive bononiense capelle sancti Michaelis de Leproseto et Blaxio Rolandini de Torellis notario bononiense, testibus ad predicta vocatis, adhibitis et rogatis.

Nota et rogatio mei Iohannis condam Virgilii de Albirolis civis et notarii bononiensis.

CCCXXVIII (1254).

Prot. ✠, 1389-1392, vol. cartaceo, con cop. membr., di c. 86 n., mm. 150 × 105, c. 24 *v*. — Originale.

Confessione di debito fatta da Nicolò del fu maestro Vicemanno chierico trevigiano studente in diritto canonico.

Bologna, 1389, 14 giugno.

Dominus Nicolaus condam magistri Vicemani, clericus studens Bononie in iure canonico, ad hec se suosque heredes et bona omnia obligando, promixit venerabili viro domino Martino de Glemona canonico bononiensi, pro se et suis heredibus stipulanti, dare, solvere et numerare eidem domino Martino, ad omnem ipsius domini Martini voluntatem, vel cui ius suum cesserit, in civitate Bononie, Ferrarie, Venetiis, Tarvisii, in curia romana etc. ducatos viginti cum dimidio auri, de quibus idem dominus Nicolaus, ad instantiam ipsius

domini Martini, dixit et confessus fuit se esse debitorem ipsius domini Martini, pro expensis cibi et potus diodenalibus factis per ipsum dominum Martinum in domo ipsius domini Martini, in studio bononiensi. Quod si solutio etc. cum pacto assignationis pignorum infra decem dies etc. sub pena viginti ducatorum, quos infra decem dies nomine pene solvere promixit eidem domino Martino etc. Item reficere omnia dampna, expensas et interesse etc. Et pro predictis omnibus et singulis firmiter observandis obligavit omnia sua bona, cum pacto precarii etc. Et ex nunc se submixit iurisdictioni cuiuscumque iudicis ecclesiastici etc. cuius iurisdictionem et officium in se et bona sua prorogavit etc.

Actum Bononie, in ecclesia catedrali, apud altare maius, presentibus domino Matheo de sancto Angello in Vado canonico bononiense et presbitero Marsilio de Trevisio mansionario dicte bononiensis ecclesie, testibus ad predicta vocatis, adhibitis et rogatis, qui dixerunt se dictos contrahentes cognoscere.

CCCXXIX (1255).

Ivi, n. 12.

Obbligazione per mutuo di Nicolò del fu maestro Vicemanno chierico trevigiano studente in diritto canonico.

Bologna, 1389, 14 giugno.

In Christi nomine amen. Eiusdem nativitatis anno millesimo trecentesimo octuagesimo nono, indictione duodecima, die quartodecimo mensis iunii, pontificatus domini nostri domini Urbani pape sexti anno duodecimo. In mei notarii publici et testium infrascriptorum presentia personaliter constitutus dominus Nicolaus condam magistri Vicemanni clericus tarvisinus, studens Bononie in iure canonico, sponte et ex certa scientia ad hec se suosque heredes et bona omnia specialiter obligando, solempni stipulatione et facto promixit per se et suos heredes presbitero Marsilio de Tervisio mansionario ecclesie catedralis bononiensis ibidem presenti, dare, solvere, numerare et restituere eidem presbitero Marsilio, vel suis heredibus, aut cui ius suum cesserit, ad omnem ipsius Marsilii voluntatem, in civitate Bonomie, Ferarie, Veneciis, Tervisii, Padue et in curia romana et alibi ubicumque locorum petita fuerit infrascriptam quantitatem pecunie, ac si locus et civitas ipsa fuisset hic exspresse nominata, ducatos vigintiquatuor auri boni et iusti ponderis, quos ducatos idem dominus Nicolaus, ad instantiam et petitionem dicti presbiteri Marsilii, coram testibus et me notario infrascripto, dixit, asseruit,

confessus fuit et recognovit se habuisse et recepisse a dicto presbitero Marsilio ex causa mutui, de puro amore et gratia speciali, exceptioni non habite et non recepte, ac sibi non numerate et non dimisse dicte quantitatis ducatorum omnino renuntians. Quod si solutio et restitutio dicte quantitatis ducatorum, dictis termino et locis facta non fuerit, et predicta omnia non fuerint observata, prout supra dictum est, promixit idem dominus Nicolaus per solempnem stipulationem eidem presbitero Marsilio, dare, deferre, presentare et libere relasare eidem presbitero Marsilio, vel suis heredibus, ad domum sue habitationis infra x dies statim sequentes tot et tanta pignora aurea, vel argentea manualia, que valebunt dictam quantitatem vigintiquatuor ducatorum. Quam quantitatem XXIIII ducatorum nomine pene idem dominus Nicolaus promisit dare et solvere eidem presbitero Marsilio, vel suis heredibus infra alios decem dies sequentes postquam ipsam penam inciderit, et nichilominus sortem predictam; item refficere et restituere eidem presbitero Marsilio singula dampna expensa, et interesse litis et extra, et pro predictis omnibus et singulis firmiter observandis et efficaciter adimplendis obligavit idem dominus Nicolaus eidem presbitero Marsilio omnia sua bona etc. cum pacto precarii et de ingrediendo. Et ex nunc idem dominus Nicolaus se submisit iurisdictioni, coercioni et iudicio cuiuscumque iudicis ecclesie, coram quo contingat dictam quantitatem ducatorum postulare. Ac renuntiavit in hiis omnibus et singulis expresse exceptioni doli mali, quod metus causa etc.

Actum Bononie, in ecclesia Cathedrali, apud altare maius ipsius ecclesie, presentibus venerabilibus viris dominis Martino de Glemona decretorum doctore et domino Matheo de Sancto Angello in Vado canonicis dicte Bononiensis ecclesie, qui ambo dixerunt se dictos contrahentes cognoscere, testes ad predicta vocati, adhibiti et rogati.

Nota et rogatio mei Iohannis condam Virgilii de Albirolis civis et notarii bononiensis.

CCCXXX (1256).

Filza unica, n. 1-207, 1380-1390, n. 8. — Originale.

Nomina dell' arciprete della chiesa collegiata di s. Giovanni Battista a Castel s. Giovanni in Persiceto.

Bologna, 1389, 14 settembre.

Giovanni Lamola, Marco da Legnano, Bartolo de Sulipegli e Bartolomeo detto Don Pesce canonici eleggono arciprete della chiesa collegiata di s. Giovanni in Persiceto, Pietro Angelo Griffoni in sostituzione di D. Francesco Faggioli defunto.

In Christi nomine amen. Eiusdem nativitatis anno MCCCLXXX nono, ind. XII, die XIIII septembris. Vacante plebe et ecclesia colegiata sancti Iohannis Baptiste de Castro sancti Iohannis in Persiceto. . . . .

Acta fuerunt hec in sacristia, presentibus presbitero Iacobo de Fulchis, presbitero Iohanne Rodulfi de Albinis, Bartholomeo Iohannis Stephani, Marcho Iacobi Amadei et Petro Tiarini de Grutis. Qui dominus Iohannes scruptator predictus monuit presbiterum Bartolum ut nominet in quem consentit. Qui presbiter Bartolus consensit in presbiterum Iacobum de Fulchis de dicta terra. Qui illico consensit in dominum Petrum Angellum condam domini Ilarii de Griffonibus scolarem in iure canonico, tanquam in virum virtuosum, honestum et prudentem etc.

ATTI DEL NOTAIO
GIOVANNI ANGELELLI

PER CURA

DEL DOTT. LODOVICO FRATI

Giovanni di Angelino del fu Alberto Angelelli fu creato notaio il 6 novembre 1348, mentre abitava sotto la parrocchia di S. Giuseppe. I suoi rogiti ora esistenti presso l'Archivio notarile di Bologna incominciano solo dall'anno 1356, nel qual tempo esordiva presso il notaio Sovrano Argelata; poi fu con Nicolò Scopa, e con altri. Abitò poscia sotto la parrocchia di S. Senesio, e, secondo il Dolfi, nel 1377 fu del consiglio dei quattrocento ed ambasciatore a Roma.

I suoi protocolli sono 44, dal gennaio 1356 al dicembre 1394; di questi 39 sono numerati e comprendono gli anni 1356—maggio 1388; gli altri cinque non hanno numero e vanno dal luglio 1388 al dicembre 1394.

Sono di vario formato, fra un massimo di mm. 315 × 215 ed un minimo di mm. 203 × 150, con coperta membranacea. Havvi pure un indice in volgare dei suoi rogiti separato. Queste notizie mi furono cortesemente comunicate dal signor Angelo Callisto Ridolfi dell'Archivio notarile di Bologna, al quale porgo i più sentiti ringraziamenti.

CCCXXXI (1257).

Prot. 1°, vol. cart. con cop. membr., di mm. 205 × 145, di c. 94 n., c. 1 r.

Vendita di diritti da maestro Ugolino de' Spagnoli medico a Iacopo Orelli.

Bologna, 1356, 3 gennaio.

Die tertio mensis ianuarii.

Magister Ugolinus condam Pacis de Spagnolis medicus, de capella sancti Mame, sponte et ex certa scientia, per se et suos heredes, titulo et ex causa venditionis, et ante solutionem sibi factam, dedit, cessit, transtulit et mandavit Iacobo condam Pasqualini de Orellis, de capella sancti Cervaxi, ibidem presenti, pro se et suis heredibus stipulanti et recipienti, omnia iura, actiones reales, personales, utiles, diretas, ipotecharias atque mistas alterius cuiuscumque generis, que et quas dictus magister Ugolinus habere potest et possit, et eidem spectant et competunt et competere reperirentur et possent contra et adversus Iacobum condam Guidonis de terra Predalbini comitatus Bononie, ipsius heredes et bona et bonorum ipsius detentores et possessores, in quantitate quinque librarum bononinorum; quas dictus Mucius eidem magistro Ugolino dare et solvere promixit ex causa mutui, ex instrumento Scurani Iacobini de Argelata notarii.

Que iura et actiones dictus magister Ugolinus voluit et consensit ad predictum Iacobum ut supra stipulantem de ceptero spectare et pertinere, eundem Iacobum procuratorem constitnens in rem suam et penes ipsum in locum suum, ita quod admodum suo nomine iuribus et actionibus supradictis et aliis quibuscumque possit et valeat dictus Iacobus dicta iura contra et adversus dictum Mucium et eius heredes et bona agire, experiri, excipere, replicare, consequi et se tueri et petere et exigeve dictam quantitatem pecunie, cessante dampno, expensas et interesse; et omnia alia facere que dictus magister Ugolinus facere posset et potuisset ante confectionem presentis instrumenti, paciscens et expresse conveniens dictus magister Ugolinus eidem Iacobo stipulanti, quod dicta iura nulli dedit, cessit, vel obligavit, et si sechus reperiretur, promixit ipsum Iacobum stipulantem conservare indempnem. Et hec nominatim pro pretio et nomine pretii,

dictis iuribus et actionibus primo cessis, quinque librarum bononinorum, quas dictus Iacobus in presentia mei notarii et testium infrascriptorum dedit, solvit, numeravit, tradidit et dimixit eidem magistro Ugolino ibidem presenti et recipienti et confitenti tantam esse dicte pecunie quantitatem et ipsam totam et integram habuisse et recepisse a dicto Iacobo, et dicta de causa; et insuper salva et firma manente cessione predicta, predictus magister Ugolinus absolvit et liberavit dictum Iacobum stipulantem vice et nomine dicti Mucii et suorum heredum a penis contentis et apositis in dicto instrumento. Que omnia et singula suprascripta promixit dictus magister Ugolinus per se et suos heredes eidem Iacobo stipulanti perpetuo firma et rata habere, atendere, observare et adimplere in nullo contrafacere, dicere, opponere, per se, vel alium aliqua ratione vel causa, sub pena dupli dicte quantitatis pecunie etc. Cum reffectione dampnorum, obligatione bonorum et renuntiatione.

Actum Bononie, in capella sancti Mame, in domo habitationis dicti magistri Ugolini, presentibus domino Iohanne filio Francisci scolari in iure civili, Martino Gerardi capelle sancti Proculi et Iohanne condam magistri Pacis testibus.

Ego Iohannes Anselmi notarius suprascriptos contrahentes cognovi.

CCCXXXII (1258).

Ivi, c. 82 *v*.

Locazione di case da Ubaldino del fu Bartolomeo de' Malavolti a Francesco del fu Raimondo Ramponi

Bologna, 1356, 21 luglio.

Ubaldino del fu Bartolomeo de' Malavolti dà in affitto « sapienti viro domino Francisco condam domini Raimondi de Ramponibus iurisperito, » della parrocchia di s. Maria di Castello: l'albergo « da la champagna » con torre, cortile ed altro, sotto la parrocchia di s. Fabiano, presso Riccardo de' Primaticci, la via pubblica e Margherita del fu Benvenuto. Un' altra casa abitata dallo stesso Ubaldino, sotto la parrocchia di s. Maria di Castello, nel cortile de' Malavolti, presso le case della chiesa di s. Luca di Castello presso l'Avesella ed altri confini. Un' altra casa, ove abitava Francesco Ramponi, sotto s. Maria di Castello, nel predetto cortile, presso Giandonato di frate Manfredo de' Malavolti, presso l'Aveseila e la via pubblica. Uu' altra casa, sotto la stessa parrocchia, presso il medesimo cortile, presso la casa abitata da Ubaldino de' Malavolti. Un appezzamento di terreno, di sette tornature, alla Croara, presso

Plevalle da Stupa, Guilistano Beccadelli etc. Tutto ciò per la somma di lire 450 di bolognini.

Die vigesimo primo mensis iulii. Nobilis miles dominus Ubaldinus condam domini Bartolomei de Malavoltis. . . .

Actum Bononie, in capella sancte Marie de Chastello, in domibus in quibus habitat dictus dominus Ubaldinus, presentibus domino Ugolino filio Thomacis de Tavolatiis, qui dixit se cognoscere contrahentes, magistro Fatio Guilielmini de Regio, Andrea condam Berti de Ganzanigo et domino Petro Guercii Ferantis de Spagna scolari Bononie in iure chanonico, testibus.

CCCXXXIII (1259).

Prot. 2°, vol. cart., con cop. membr., 205 × 145, di c. 97, c. 11 *v*.

Rinunzia di Alberto da Sulcixia di Parma a dei legati che gli spettano dall'eredità di maestro Giovanni da Sulcixia.

Bologna, 1358, 19 gennaio.

Alberto del fu Alberto da Sulcixia di Parma, abitante sotto la parrocchia di s. Nicolò degli Albari, « et frater olim magistri Iohannis condam dicti domini Alberti de Sulcixia doctoris in scientia medicine », ad istanza e richiesta « sapientis viri domini Mini de Azzoguidis legum doctoris », a nome di Giovanna sua moglie e figlia « magistri Bertutii doctoris medicine » e figlia, erede per la quarta parte della fu Iacopa figlia ed erede universale di maestro Giovanni da Sulcixia e di Bartolomeo da Saliceto, stipulante a nome di Cola sua moglie, figlia di maestro Bertuccio e della fu Iacopa di maestro Giovanni da Sulcixia, e di Iacopo del fu Corso di Vincenzo notaio, stipulante a nome di Lippa di maestro Bertuccio, rinuncia ad ogni diritto sull'eredità del fu maestro Giovanni da Sulcixia, volendo che tutti i legati a suo favore, per la somma di lire 102, non abbiano più vigore.

Millesimo trecentesimo quinquagesimo octavo, indictione undecima, die decimo nono mensis ianuarii. D. Albertus condam domini Alberti de Sulcixia....

Actum Bononie, in capella sancti Nicholai de Albaris, in domibus habitationis predicti domini Mini, presentibus Nicholao Ugolini de Azzoguidis capelle sancti Nicholai predicti, qui dixit se cognoscere contrahentes, Michaele condam Gerardi brentatore, Nicholao condam Francisci et Iacobo condam Petri ambobus de capella sancti Nicholai de Albaris, testibus vocatis et rogatis.

CCCXXXIV (1260).

Ivi, c. 15 *v.*

Vendita di un appezzamento di terra da Berto de' Bandini e Tommaso de' Lanci, procuratori di Tura da Castello, a Benvenuto cappellano nella chiesa di s. Pietro.

Bologna, 1358, 29 gennaio.

Berto del fu Comello de' Bandini e Tommaso detto Masolino de' Lanci, procuratori « sapientis viri magistri Ture condam domini Iacobini de Chastello de Bononia fisice professoris », vendono a prete Benvenuto cappellano all' altare di s. Giovanni Evangelista nella chiesa metropolitana di s. Pietro un appezzamento di terra a Roncomarino, confinante con Bernardo Lombardi, per il prezzo di 60 lire di bolognini.

Millesimo CCCLVIII, inditione undecima, die XXVIIII ianuarii. Discreti viri ser Bertus condam Comelli de Bandinis . . . . .

Actum Bononie, ad scaraniam, presentibus Iacobo Currii Vincentii notario, ser Dino condam Gerardini de Gandulfis, Nicolao condam Anthonii de Astis, qui dixerunt se cognosecere contrahentes predictos, et Philipo condam Iacobi de Alberghis notario ad memoriales, testibus.

CCCXXXV (1261).

Ivi, c. 34 *v.*

Promessa di restituzione di mutuo fatta da Tommaso de' Bertoni di Pavia iurisperito ed altri a Pietro Tetoni di Lanfranchino da Modena.

Bologna, 1358, 29 febbraio.

Sapiens et discretus vir dominus Thomas filius domini Augustini de Bertonibus de Papia iurisperitus; dominus Stephamus condam domini Iohamnis de Chambibus de Papia iurisperitus; Federichus eius frater et filius dicti condam domini Iohannis caporalis de banderia domini Petri de Tornielis de Novaria; dominus Bonifacius filius domini Andree de Puteo de Alessandria scolaris Bononie in iure civili, Thomasinus de Placentia condam Gerardi; Zanotus de Placentia condam Iohannis sponte et ex certa scientia et quilibet omnium predictorum in solidum se suosque heredes et bona, equos,

pagas, stipendia, arma et utensilia ad infrascripta specialiter obligando promiserunt Petro Tetono filio domini Laufranchini de Novaria ibidem presenti pro se et suis heredibus stipulanti et recipienti, dare, solvere, numerare, reddere et restituere eidem Petro, vel suis heredibus, aut cui voluerit, hinc ad unum mensem proxime venturum, in civitate Bononie, Mutine, Regii, Parme, Mantue, Placentie, Laudi, Papie, Alesandrie et Novarie, et generaliter alibi ubicumque locorum petitum fuerit ab eisdem debitoribus, vel altero eorum in solidum centum sesaginta librarum bononinorum, quas predicti omnes ex causa mutui, de puro amore et gratia speciali, fuerunt confessi et contenti habuisse et recepisse a dicto creditore etc. Cum pacto assignationis pignorum, pena centum sesaginta librarum bononinorum stipulatione in solidum promissa etc. Et sub obligatione in solidum omnium suorum bonorum, equorum, armorum, arnixiarum, pagarum et stipendii, cum pacto precarii, renuntiatione et sacramento predicti domini Bonifatii more minorum predictorum more maiorum.

Actum Bononie, in capella sancte Iuste, in domibus illorum de Lambertinis, in quadam chamara habitationis dicti domini Thomacis, presentibus Anthoniolo Biffo filio domini Bazanoli Biffi de Mediolano, qui dixit se cognoscere contrahentes, Plevale Nicholai de Stupa notario, Iohanne Nicholai de Bagno notario, Iacobino condam Michaelis de Lertis de Papia notario et Iacobo condam Modenini de Malavolta, testibus vocatis et rogatis.

CCCXXXVI (1262).

Prot. 3°, vol. cart., con cop. membr., di mm. 205 × 145, di c. 91 n., c. 36 v.

Restituzione di libri fatta da Filippo del fu maestro Federico scolaro in diritto civile.

Bologna, 1361, 20 marzo.

Die vigesimo mensis martii.

Dominus Philipus condam magistri Federici scolarii Bononie in iure civili, in presentia mei notarii et testium infrascriptorum, dedit, tradidit et restituit Andriutio condam Rainaldi de Libris, capelle sancti Andree de Ansaldis, presenti et recipienti treginta septem petias super regulis iuris libri sesti, scriptas in cartis edinis, duos quinternos libelorum Guillelmi Mandegoti, super titulo de electione, scriptos in cartis edinis, item undecim petias novelle super decretalibus in cartis edinis; que petie et quinterni erant penes dictum dominum Philipum obligate pro quantitate duodecim duchatorum, in quibus dictus Andreutius debitor est dicti domini Philipi. Et hanc

restitutionem fecit idem dominus Philipus pro tredecim libris bononinorum partis dicti debiti duodecim duchatorum, quas dictus Andriutius in presentia mei notarii et testium infrascriptorum dedit, solvit, numeravit, tradidit et dimixit dicto domino Philipo recipienti, confitenti et asserenti tantam esse dicte pecunie quantitatem. Rogantes partes predicte me Iohannem notarium quod de predictis presens confitiam instrumentum.

Actum Bononie, in capella sancti Archangeli, in ospitio de l'asenella, presentibus domino Georgio de Cipro liçentiato in iure canonico, qui dixit dictos contrahentes cognoscere, Iacobo condam Francisci, Iohanne condam Henrici, ambobus de capella sancti Archangeli et Gerardino de Neapoli, testibus vocatis, rogatis.

CCCXXXVII (1263).

Prot. 4°, 1365, vol. cart., con cop. membr., di c. 94 n., mm. 207 × 150, c. 23 r.

Nomina di procuratore fatta da Tommasino del fu Pino Armannini di Mantova scolaro in diritto civile.

Bologna, 1365, 7 febbraio.

Die septimo mensis februarii.

Dominus Thomasinus filius et heres pro dimidia condam domini Pini de Armaninis de Mantua scolaris Bononie in iure civili, sponte ex certa scientia et animo deliberato et nullo erore ductus, fecit, constituit et ordinavit Mafelinum filium condam domini Pasquini de Vienciis de Mantua absentem tamquam presentem suum verum et legiptimum procuratorem, actorem, factorem, gestorem et specialem nuncium, specialiter ad comparendum procuratorio nomine ipsius domini Thomasini heredis pro dimidio dicti condam domini Pini, ac etiam hereditario sive successorio nomine condam Anthonii olim eius fratris et filii et heredis dicti olim domini Pini coram ducali domino civitatis Venetiarum, et aliis quibuscumque dominis iudicibus et officialibus eiusdem civitatis, et maxime coram dominis et officialibus camare salis a mare dicte civitatis, et ad petendum, exigendum et recipiendum tam nominibus quibus supra, quam nomine proprio ipsius domini Thomaxini, omnes et singulas quantitates pecuniarum, rerum et bonorum ad eum spectantes et que spectare videntur et debentur, in civitate Venetiarum a quibuscumque personis, comuni et universitate, et maxime a supradictis dominis offitialibus, tam presentibus quam futuris dicte camare salis, secundum formam et tenorem testamenti et ultime voluntatis dicti condam domini Pini eorum patris, et specialiter usufructuarie cuiuscumque capitalis ad dictum dominum Thomasinum heredem et hereditario nomine spectantis et debentis

a dictis offitialibus. Item ad investiendum et disvestiendum semel et pluries quandocumque et quotiescumque necesse fuerit et sive necesse ad utilitatem dicti domini Thomaxini heredis, seu hereditatis predicte omnes et singulas quantitates pecuniarum, tam habitarum, quam habendarum de omni sale dicti domini Pini, seu dicte hereditatis, et ad usumfructum ipsius recipiendum usque ipse dominus Tomaxinus non fuerit, vel esse poterit, etatis viginti quinque annorum, secundum tenorem et formam testamenti dicti condam eorum patris, et alia et singula faciendum gerendum et exigendum, que mediante auxilio et favore ducalis domini Venetiarum suorumque officialium pro utilitate et maiori comodo ipsius domini Tomaxini et hereditatis predicte fuerint circha usumfructum dicti salis, seu denariorum ipsius gerenda et exercenda, et si contigerit pro predictis et singulis predictorum ad supplicandum, nomine dicti domini Thomaxini ducali dominio et aliis quibuscumque officialibus ad quos spectaret, gratiam implorandum, petendum et recipiendum iura et rationes dicti domini Tomaxini heredis predicti constituentis manutenendum, obtinendum et defendendum in omnibus et singulis supradictis et dependentibus ab eisdem. Et ad vocandum sibi solutum et integre satisfactum de eo specialiter quod dictus procurator receperit rationibus supradictis, tam a dominis officialibus supradictis, quam ab aliis quibuscumque personis, comuni et universitate, et ad fatiendum, sciendum, rogandum unicuique persone, comuni et universitate specialiter de receptis instrumentum remissionis et cartam securitatis de utili non petendo, nec aliquod requirendo, et generaliter quodcumque aliud instrumentum et scriptum, tam publice quam privatim, cum clausulis necessariis et opportunis, iuxta mores et consultus supradicte civitatis Venetiarum. Et pro predictis et singulis predictorum ad inquirendum, placitandum, respondendum advocatos et interdicta tolendum, intromitendum et applicandum prosequendum, et quodque necesse faciendum fuerit in iuditio et extra per curias et extra curias, et in animam dicti domini Thomaxini iurandum. Et ad omnia et singula faciendum et exercendum que in predictis et circa predicta fuerint utilia et necessaria videbuntur, et que ipse constituens facere posset in predictis et singulis predictorum, si personaliter interesset, etiamsi a iure mandatum exigeret specialiter; dans et concedens ipse dominus Thomaxinus dicto suo procuratori, licet absenti, plenum, liberum mandatum cum plena, libera et generali administratione agendi, procurandi et complendi omnia predicta et singula ab eisdem dependencia et conessa. Promittens dictus dominus Thomaxinus michi Iohanni notario infrascripto tamquam persone publice stipulanti et recipienti vice et nomine omnium et singulorum quorum interesse poterit in futurum se perpetuo firma, rata et grata habiturum quid-

quid per dictum eius procuratorem factum fuerit, sive procuratum, sub ipotecha et obligatione omnium suorum bonorum et hereditatis predicte. Insuper dictus d. Tomaxinus sponte iuravit etc.

Actum Bononie, ad scaraniam, presentibus sapiente viro domino Francisco de Ramponibus legum doctore, domino Averario domini Brance de Avocariis de Mantua, qui dixit se cognoscere dictum constituentem, Sovrano Iacobini de Argelata notario et Venturino condam Dominici, testibus.

CCCXXXVIII (1264).

Ivi, c. 30 *r*.

Cessione di diritti da Gilberto della Sala ferrarese a Tommaso e Iacopo Boccadecani.

Bologna, 1365, 8 febbraio.

Gilberto del fu Giovanni della Sala ferrarese, al quale furono ceduti tutti i diritti di Ruggero de' Ghismondi da Forlì verso Nicolò, Sighicino e Aldrovandino di Galliera, ne fa cessione a Tommaso e Iacopo del fu Nicola Boccadecani a certi patti.

Millesimo CCCLXV, inditione tercia, die octavo mensis februarii....

Actum Bononie, ad discum equi palatii veteris iuridici comunis Bononie, presentibus sapiente viro domino Francisco de Guastavillanis legum doctore, domino Buvalello Iohanni Buvalelli iurisperito, Petro condam Henrigipti de Bochadecanibus, qui dixit se cognoscere contrahentes predictos, Drago condam Egidii de Mellegotis, testibus.

CCCXXXIX (1265).

Ivi, c. 75 *v*.

Locazione di una pezza di terra a s. Giovanni in Persiceto da Benvenuto Ariosti a Stefano Borghesani.

Bologna, 1365, 30 marzo.

Benvenuto de' Riosti capellano nella chiesa di s. Pietro maggiore, « vice et nomine sapientis viri domini Nicolai de Castello legum doctoris filii condam domini magistri Bonaventure », dà in affitto a Stefano del fu Biagio de' Borghesani per un anno una pezza di terra a San Giovanni in Persiceto, nella villa di Roncagli, presso Nicolò da Castello ed altri confini.

Die trigesimo mensis martii. Dompnus Benvenutus de Riosti . . . . .
Actum Bononie, ad stationem Iohannis Prandini speziarii sita in capella sancti Ipoliti, presentibus ser Nanne condam Iacobi Magagne, qui dixit se cognoscere contrahentes predictos, ser Bono condam Achilitis de Achilitis de Altedo et Gratiano condam Dominici de Castrofrancho notario, testibus.

CCCXL (1266).

Prot. 5°, 1365, vol. cart., di mm. 207 × 150, di c. 93 n., c. 7 r.

Vendita di Meliaduce Guastavillani a Tommaso de' Pellacani speziale di un appezzamento di terra con casa a San Venanzio.

Bologna, 1365, 3 maggio.

Meliaduce figlio ed erede di Guglielmuccio Guastavillani della parrocchia di s. Isaia, in presenza di Amadeo de' Grasselli Modenese giudice vende a Tommaso di ser Picciolo de' Pellacani speziale un appezzamento di terra, di quattro tornature, con casa, nella curia di San Venanzio, per 100 lire di bolognini.

Millesimo CCCLXV, inditione tertia, die tertio maii....
Actum Bononie, in sala palacii veteris iuridici comunis Bononie, ante dischum aquile, presentibus sapiente viro domino Francisco filio domini Bonincontri de Guastavilanis legum doctore, agnato et propinquo dicti adulti, qui dixit se cognoscere contrahentes, predicto Azone filio dicti domini Bonincontri de Guastavilanis, domino Buvalello filio Iohannis Buvalelli iurisperito, Galato Nicolai de Stupia notario ad memoriales comunis Bononie, Iacobo condam Cechi de capella sancti Laurencii porte Sterii, ser Matheo condam Andree de capella predicta, testibus omnibus bone oppinionis.

CCCXLI (1267).

Ivi, c. 20 *v.*

Vendita di Bartolomeo del fu maestro Michele professore di fisica a Tommaso de' Lanci d' un appezzamento di terra a Casalecchio.

Bologna, 1365, 20 maggio.

« Dominus Bartolomeus condam domini magistri Michaelis phisice profesoris » cittadino bolognese, della parrocchia di s. Andrea de' Pia-

tesi vende a Tommaso del fu Antonio de' Lanci notaio un appezzamento di terra, di quattro tornature a Casalecchio di Reno per lire 40 di bolognini.

Millesimo CCCLXV, inditione tercia, die vigesimo mensis maii . . . .

Actum Bononie, ad scharaniam, presentibus Marcho condam Anthonii de Cento notario, Graciano condam Dominici Lambertini de Castrofrancho notario, Laurentio condam Iohannis de Negosantibus notario et Iohanne condam Virgilii de Albirolis de sancto Iohanne, qui dixerunt se cognoscere contrahentes predictos, testibus vocatis et rogatis.

CCCXLII (1268)

Ivi, c. 25 r.

Quietanza rilasciata da Martino Grandocci ed altri di Crevalcore a Nicolò de' Magarotti per somma mutuata.

Bologna, 1365, 31 maggio.

Nicolò del fu Beco de' Magarotti confessa di avere ricevuto da Martino del fu Zanello Grandocci e da molti altri di Crevalcore lire 170, parte della somma di lire 533, che Martino Accarisi a nome proprio e della comunità di Crevalcōre promise di restituire per causa di mutuo fatto il 18 febbraio 1365.

Millesimo CCCLXV, inditione tercia, die trigesimo primo et ultimo mensis maii . . . . .

Actum Bononie, in capella sancti Chataldi, ad tabulam cambii Aldrovandini condam domini Nicolai da Malatachis campsoris, presentibus dicto Aldrovandino, sapiente viro domino Petro condam domini Marchi de Canitulo legum doctore, qui dixit se cognoscere contrahentes predictos, Petro condam Baxoti de Baxacomatribus, Naimo filio Gilberti de Istichis de Sancto Iohanne in Persiceto et Castelino condam Castelini de terra Farneti comitatus Bononie, testibus.

CCCXLIII (1269).

Ivi, c. 39 r.

Quietanza rilasciata da Girolamo Dottore di decreti figlio di Federico del fu Giovanni d'Andrea a Nicolò da Ozzano.

Bologna, 1365, 17 giugno.

Die decimoseptimo mensis iunii . . . . .

Nobilis et sapiens vir Ieronimus decretorum doctor filius condam sapientis viri domini Federici olim bone memorie domini Ioannis

Andree excelentissimi decretorum doctoris Bononie civis sponte ex certa scientia et animo deliberato, presente venerabili viro domino Nicolao de Uzano filio condam Lapi de Florentia canonico bononiense, stipulante et recipiente nomine Galeatii fratris sui et filii dicti condam Lapi procuratoris constituti et ipso domino Ieronimo ad contenta in instrumento dicte procurationis facto die vigessimo septimo mensis maii proxime preteriti et scripto manu mei Iohannis Angelini notarii infrascripti, dixit, asseruit et sponte confessus fuit se habuisse et recepisse ac integre datos, solutos, numeratos, traditos et dimissos esse et fuisse a dicto domino Nicolao, nomine et vice dicti Galeatii fratris sui centum nonaginta florenos auri de Florentia, que quantitas florenorum eidem Galeatio soluta fuit procuratorio nonime dicti domini Ieronimi et pro eo per Francischum Tani mercatorem de Florentia, pro quodam cambio facto in civitate Ianue per Iohannem Sachi cum Bernardo Pauli de Florentia. Et ideo predictus dominus Ieronimus per se et suos heredes liberavit et absolvit predictum dominum Nicolaum, stipulantem et recipientem vice et nomine dicti Galeatii, a dicta quantitate centum nonaginta florenorum auri, et ab omni debito administrationis quem dictus Galeatius reddere et ostendere teneretur eidem domino Ieronimo de gestis et administratis per eum vigore dicte procurationis et instrumento. Et etiam ipse dominus Ieronimus, ad pelitionem dicti domini Nicolai, aprobavit omnem absolutionem, liberationem factam per dominum Galeatium dicto Francischino et alteri quicunque de dicta quantitate centum nonaginta florenorum. Que omnia et singula suprascripta promixit dictus dominus Ieronimus per se et suos heredes dicto domino Nicolao perpetuo firma et rata habere etc. sub pena dupli dicte quantitatis florenorum cum reffectione dampnorum obligatione omnium suorum bonorum et renuntiatione.

Actum Bononie, in capella sancti Iacobi de Carbonensibus, in quodam broilo domuum dicti domini Ieronimi et ipsius habitationibus, presentibus magistro Nardo canonico ecclesie s. Columbani de Bononia, Iohanne condam domini Mini de Garisendi, Thomeo condam Mastari de Giraldis de Padua et Guidone condam Scarre, qui omnes dixerunt se cognoscere contrahentes predictos, testibus.

CCCXLIV (1270).

Ivi, c. 66 r.

Compromesso di Giovanni de' Conforti, e Francesco Costa nelle persone di Francesco Ramponi e Sante Dainesi.

Bologna, 1365, 14 luglio.

Ser Iohannes condam domini Bitini de Confortis civis bononiensis, de capella sancti Columbani ex parte una, Franciscus condam Lau-

rentii de Cistis notarius civis bononiensis, de capella sancti Leonardi suo proprio et principali nomine, et vice et nomine domine Bartolomee sue uxoris et filie dicti condam domini Bitini de Confortis pro qua de rato et rati habitione dictus Franciscus promixit in omnem casum, et Laurencius filius dicti Francisci, cum consensu, presencia, voluntate et mandato dicti Francisci sui patris ibidem presentis, sponte et ex certa scientia commiserunt et compromiserunt in sapientes viros dominum Franciscum de Ramponibus et dominum Santum de Dainixiis legum doctores cives bononienses ibidem presentes et volentes tamquan in arbitros, arbitratores, amichabiles compositores, cognitores, difinitores, preceptores, mandatores, bonos viros et comunes amichos de omnibus et singulis litibus, questionibus, controversiis et discordiis vertentibus et que verti et oriri possent, seu actenus fuissent, vel de ceptero esse possent inter dictas partes, nominibus supradictis, quacumque ratione vel causa, non obstante compromisso facto inter predictos ser Iohannem ex una parte et dictam dominam Bartolomeam et Laurencium ex alia in sapientem virum dominum Nicolaum de Zapolino iurisperitum et Matteum condam Fulci de Confortis, et scripto manu Iohannis condam Petri Bitini, et etiam non obstante laudo lato per dictos arbitros et scripto manu dicti Iohannis Bitini notarii, et contentis in eis et quolibet eorum in ipsorum ocaxione, de quo laudo et compromisso et contentis in eis et quolibet eorum dicti arbitri possint cognoscere sumarie et de plano, de iure et de facto et dictum laudum aprobare, vel improbare, prout eis videbitur; dantes et concedentes dicte partes, modis et nominibus quibus supra, dictis arbitratoribus presentibus plenam et liberam potestatem autoritatem et licentiam de predictis cognoscendi, videndi, examinandi, deliberandi, precipiendi, mandandi de iure et de facto amicabiliter et arbitrio boni viri, aut de iure tantum, vel de facto tantum, omni loco et tempore, feriato vel non feriato, semel, vel plures, cum scriptura, vel sine, partibus presentibus, vel absentibus, ipsis partibus citatis vel non citatis, cum iuris cognitione, vel sine, etiam omni solempnitate servata, vel non servata, prout eis videbitur, de iure et de facto, et de predictis, super predictis, quolibet predictorum laudandi, sententiandi, arbitrandi videbitur faciendum, laudandum, sententiandum, arbitrandum, de iure et de facto pro bono pacis, quietis et concordie partium predictarum; et hec usque ad festum sancti Michaelis, mense septembris proximi venturi. Convenientes dicte partes, modis et nominibus quibus supra, si contingat predictos dominum Franciscum et dominum Santum arbitros se ad invicem non concordare et discordes esse super difinitione, laudatione et arbitratione questionum et discordiarum predictarum quod sapiens vir dominus Iacobus de Bobus

legum doctor bononiensis sit et esse debeat tercius arbiter et arbitrator cum predictis domno Francisco et domino Santo, cum potestate, auctoritate, arbitrio supradictis eisdem datis, atributis per dictas partes. Quem dominum dicte partes modis et nominibus supradictis in tertium arbitrum nominaverunt et elegerunt. Et quod predicti dominus Franciscus, Santus et dominus Iacobus, vel duo ex eis, possint et valeant cognoscere, examinare, procedere, sententiare, arbitrari de iure et de facto, ut superius dictum est. Promittentes dicte partes sibi ad invicem stare, obedire omni dicto, sententie, laudo, arbitramento, difinitioni, declarationi, mandato et precepto dandis et ferendis per predictos dominos Franciscum, Santum et Iacobum, vel duos ex eis, ut dictum est, quovis modo, forma et iure, ocaxionibus supradictis.

Actum Bononie, ad dischum malleficiorum magnorum palatii veteris iuridici comunis Bononie, presentibus sapiente viro domino Bartolomeo de Saliceto legum doctore, qui dixit se cognoscere contrahentes predictos, Iohanne condam fratsis Guillelmini notarii, Iohanne condam Bologniti de Favale notario, Petro Bonaventure de Bargegelinis notario, Lamandino condam Bitini de Lamandinis et Iacobo Anthonii Vanini notarii, testibus.

CCCXLV (1271).

Ivi, c. 68 *v.*

Remissione di Giovanni de' Conforti a favore di Lorenzo Cisti per le spese fatte in ragione di un'accusa.

Bologna, 1365, 14 luglio.

Ser Giovanni del fu Bitino de' Conforti e donna Giuliana del fu Martino della parrocchia di S. Margherita assolvono Lorenzo di Francesco de' Cisti da ogni spesa fatta in occasione di un'accusa di falso contro i detti Giovanni e Giuliana.

Millesimo CCCLXV, inditione tercia, die quartodecimo mensis iulii.

. . . . .

Actum Bononie, ad dischum malleficiorum magnorum palacis veteris iuridici comunis Bononie, presentibus sapientibus viris domino Santo de Dainixiis et Francisco de Ramponibus legum doctoribus, Iacobo condam Plevalini Plevalis notarii, qui dixit se cognoscere contrahentes predictos, et Bertucio condam Iacobi de Bentivoglio, testibus.

CCCXLVI (1272).

Prot. 6°, 1365, vol. cart., con cop. membr., mm. 210 × 153, di c. 98 n., c. 19 *r.*

Restituzione di dote fatta da Domenico, Pietro e Tommaso di Cambio del fu maestro Pietro piliparío a Chedina de' Tortorelli loro madre.

Bologna, 1365, 28 settembre.

Chedina del fu Domenico Tortorelli vedova di Cambio del fu maestro Pietro pelipario riceve da Domenico, Pietro e Tommaso suoi figli lire 94, soldi 13 e denari 4 per restituzione della dote di lei secondo l'eredità da questi fatta.

Millesimo CCCLXV, inditione tercia, die vigesimo octavo mensis septembris . . . . .

Actum Bononie, in capella sancti Archangeli in domo habitationis sapientis viri Iacobi de Bobus legum doctoris, presentibus dicto domino Iacobo, qui dixit se cognoscere contrahentes predictos, domino Petro de Canitulo legum doctore, Thomace condam Francisci de Bataglinis notario, Ambrosino condam Bartolomei, Lotario et Mengotolo condam Iohannis Manzoli, testibus.

CCCXLVII (1273).

Ivi, c. 21 *r.*

Locazione di una casa da Nicolò da Castello Dottore di leggi ad Enrico Bagordini.

Bologna, 1365, 1 ottobre.

Sapiens vir dominus Nicolaus de Castello legum doctor, filius condam magistri Bonaventure phisice profesoris, civis bononiensis, sponte et ex certa scientia, per se et suos heredes dedit, concessit et locavit ad pensionem Henrico condam Petri de Bagordinis, de capella sancte Marie Maioris, habitanti castri Crevalcorii comitatus Bononie, hinc ad unum annum proxime venturum, unam domum balchionatam, cupatam, cum curia, sive area, positam in castro Crevalcorii comitatus Bononie, in quarterio Dosentole de super a latere sero dicti castri, iuxta stratam publicam, iuxta quandam viam vicinalem, iuxta Petrum Sarasini, iuxta Crisibonem Ravasinum et iuxta quandam aliam domum dicti domini Nicolai, in qua habitat;

promittens dictus dominus Nicolaus locator dicto conductori stipulanti presentem locationem firmam et ratam habere hinc ad terminum supradictum. Et ex adverso dictus Henricus conductor promixit per se et suos heredes dicto domino Nicolao locatori dicta domo locata uti et frui bene, legaliter, bona fide et arbitrio boni viri et iura dicte domus locate et dicte locationis manutenere, defendere, conservare, nec ad alium sinere procedi suo dolo, vel lata culpa, et etiam promixit dictam domum in totum, vel pro parte, alteri non concedere vel locare, sine expressa licentia et consensu dicti domini Nicolai locatoris. Et pro pensione et nomine pensionis dicte domus locate dare, solvere et numerare domino Nicolao, vel suis heredibus, pro toto dicto anno, septem libras et decem soldos bononinorum; hoc modo, videlicet, medietatem in festo nativitatis domini nostri Yhesu Christi et aliam medietatem in festo pascatis resuresionis eiusdem. In fine vero dicti termini promixit dictus conductor domino Nicolao stipulanti dictam domum in eque bono statu ut nunc est libere relasare. Que omnia et singula suprascripta promiserunt dicte partes sibi ad invicem per se et suos heredes perpetuo firma et rata habere etc. sub pena viginti quinque librarum bononinorum sibi ad invicem solempni stipulatione stipulantibus etc. cum refectione dampnorum et obligatione mutua omnium suorum bonorum et mutuis renuntiationibus.

Actum Bononie, in domibus habitationis dicti domini Nicolai, presentibus dompno Benvenuto capellano ad altare sancti Iohannis in ecclesia bononiense, qui dixit se cognoscere contrahentes predictos, Bonifatio condam Guillelmi, de Regio, Francisco condam Bittini de Cremona et Guillelmo condam Nicolai de Castello, testibus.

CCCXLVIII (1274).

Prot. 7°, 1366, vol. cartaceo, guasto dall'umidità, di mm. 293 × 150, di c. 95 n., c. 1 r.

Istanza di nomina di un curatore fatta da Giovanni del fu Zaccaria de' Boatieri.

Bologna, 1366, 2 gennaio.

Giovanni del fu Zaccaria del fu Iacopo de' Boatieri erede del fu Iacopo del fu Cervo de' Boatieri domanda di avere per curatore Raimondo del fu Francesco da Manzolino.

Millesimo trecentesimo sesagesimo sesto, inditione quarta, die secundo mensis ianuarii . . . . .

Actum Bononie, ad discum malleficiorum magnorum palatii veteris iuridici comunis Bononie, presentibus sapiente viro domino Iacobo condam domini Andree de Bobus legum doctore, domino Andrea eius filio, nobile milite domino Catelano condam domini Bertolini de Sala cive bononiense, Iohanne condam Borni et filiis dicti domini Catelani ambobus cognatis et propinquis dicti Iacobi adulti qui disserunt se cognoscere contrahentes predictos, Lipo condam Nicolai de Caciptis, Nicolao Henrigipti de Lana et Francisco condam Betucii de Canitulo, testibus omnibus bone oppinionis vite, conditionis et fa[me] ad hec vocatis et rogatis etc.

CCCXLIX (1275).

Ivi, c. 28 *v.*

Quietanza della somma di lire 533 rilasciata da Bencivenne, detto Zenarello, da Santerno a nome del comune di Crevalcore.

Bologna, 1366, 4 febbraio.

Bencivenne, detto Zenarello, da Santerno dimorante a Bologna, cui furono ceduti i diritti di Nicolò de' Magarotti verso il comune di Crevalcore per la somma di lire 533 di bolognini, fa quietanza di questa somma ricevuta da Martino Accarisi sindaco di Crevalcore.

Millesimo CCCLXVI, inditione quarta, die quarto mensis februarii. . . . .

Actum Bononie, in capella sancti Dalmaxii ad tabulam Verzuxii condam Pauli de Bedoicis campsoris, presentibus dicto Verzuxo, sapiente viro domino Petro condam domini Marchi de Chanitulo legum doctore, qui dixit se cognoscere dictos contrahentes, Bartolomeo condam Bonaventure mareschalcho, Petrucio condam Alberti Clarini et Azzone condam Iohannis de Sasolinis, testibus vocatis et rogatis.

CCCL (1276).

Ivi, c. 37 *v.*

Vendita di un appezzamento di terra da Bitino Caccianemici a Franceschino del fu Bonaventura drappiere.

Bologna, 1366, 24 febbraio.

Bitino del fu Francesco Caccianemici della parrocchia di s. Felice, volendo adempiere la promessa fatta a Franceschino del fu Bo-

naventura drappiere, vende un appezzamento di terra, di quarantacinque tornature, ad Argelata, presso Muzzolino da Argelata ed altri confini, per la somma di lire 100 di bolognini.

Millesimo CCCLXVI, inditione quarta, die vigesimo quarto mensis februarii. . . . .

Actum Bononie, in capella sancti Isaie, in domibus habitationis Bonincontri condam Contri de Guastavilanis, presentibus sapiente viro domino Francisco legum doctore et Azzone fratribus et filiis dicti Bonincontri, qui ambo disserunt se cognoscere contrahentes predictos, Iacobo condam Petronii merzario de capella sancte Marie Maioris, Iohanne condam Benzevenne de capella sancti Thome de merchato et Iacobo condam Martini de Padua, testibus.

CCCLI (1277).

Ivi, c. 44 *r.*

Quietanza di un debito da deposito di 60 lire rilasciata da Filippo de' Bianchi a Domenico Roselli Dottore di decreti.

Bologna, 1366, 26 febbraio.

Philipus condam fratris Alberti de Blanchis civis bononiensis, de capella sancti Stephani, sponte et ex certa scientia, nullo errore ductus per se et suos heredes fecit sapienti viro domino Dominico condam domini Petri Roselli decretorum doctori, civi bononiensi, de capella sancti Thome de merchato, presenti, pro se et suis heredibus recipienti, finem, remissionem, absolutionem et pactum gratuitum de aliquid in perpetuum non petendo vel exigendo ab ipso domino Dominico, de quodam debito sesaginta librarum bononinorum, quas predictus dominus Dominicus eidem dare fuit confessus habuisse et recepisse in depositum custodiendi et salvandi causa a dicto Philipo, et ipsam quantitatem pecunie eidem Philipo dare, reddere et restituere promixit ex instrumento mei Iohannis Angelini notarii, facto in millesimo CCCLXIIII, die tercio mensis augusti. Et ideo predictus Philipus per se et suos heredes absolvit et liberavit predictum dominum Dominicum a dicta quantitate et debito sesaginta librarum bon. et ab omni eo et toto quod ab ipso domino Dominico, vel suis heredibus, aut in eius bonis petere vel exigere posset, vigore dicte promissionis et instrumenti et penarum et aliorum in dicto instrumento contentorum, quod instrumentum voluit et mandavit dictus Philipus de ceptero fore cassum, cancelatum et nullius valoris. Que omnia et

singula suprascripta promixit dictus Philipus firma et rata habere, sub pena dupli dicte quantitatis pecunie, solempni stipulatione premissa, qua soluta, vel non, predicta servare, cum reffectione dampnorum, obligatione omnium suorum bonorum et renuntiatione.

Actum Bononie, ad scharaniam, presentibus Palamadexio condam Gardini de Rubeis notario, Laurentio Iohannis de Negosantibus notario, qui dixit se cognoscere contrahentes predictos, Plevale Nicolai de Stupa notario et magistro Nardo condam Petri de Pelalaghis, testibus.

CCCLII (1278).

Ivi, c. 51 *r*.

Vendita di terreni e di casa da Nicolò da Castello Dottore di leggi a Berto detto Bertello della Costa di Pianoro.

Bologna, 1366, 28 febbraio.

Cum hoc sit quod sapiens vir dominus Nicolaus de Chastello legum doctor filius condam magistri Bonaventure phisice professoris civis bononiensis, de capella sancti Andree de Platixiis, promisit et se obligaverit Berto, qui dicitur Bertellus, condam Belondi de la Costa de terra Planorii comitatus Bononie dare, vendere, tradere eidem Bertello de rebus et bonis contentis in quodam instrumento facto in millesimo CCCLXV, indictione tercia, die decimo mensis maii et scripto manu mei Iohamnis Angelini notarii infrascripti, pro pretio in summa centum quinquaginta librarum bononinorum, quas predictus dominus Nicolaus fuit confessus habuisse a dicto Bertello pro pretio ipsarum rerum in instrumento predicto. Et volens ipse dominus Nicolaus exequi, adimplere et executioni mandare omnia et singula per ipsum facta, promissa et conventa eidem Bertello, sponte et ex certa scientia per se et suos heredes, iure proprio et in perpetuum dedit, vendidit et tradidit Berto, qui dicitur Bertellus, predicto presenti, pro se et suis heredibus recipienti et ementi, omnes et singulas petias terre, domos, res et bona cuiuscumque quantitatis, qualitatis et conditionis existant que et quas dictus dominus Nicholaus emit et sibi acquisivit a ser Ghitino condam Simonis de terra Lastignani comitatus Bononie venditore suo nomine et tamquam pater et legiptimus administrator domine Lipe sue filie et a Baldinutio condam Bertini de terra Riosti comitatus Bononie, pro pretio in summa septuaginta librarum bononinorum, ex instrumento facto millesimo trecentesimo sessagesimo quarto, inditione secunda, die vigessimo mensis marcii, et scripto manu mei Iohannis Angelini notarii infra-

scripti. Item omnes singulas petias terre, domus, res et bona, que et quas ipse dominus Nicolaus emit a domina Margarita filia condam Guidonis olim Berti, universali herede olim Guidonis condam Belondi olim Berti de Costa, curie Planorii comitatus Bononie, pro pretio in summa centum librarum bononinorum, ex instrumento facto dicta die vigesimo primo mensis martii, et scripto manu mei Iohannis Angelini notarii predicti. Ad habendum et possidendum etc. Et insuper idem Nicolaus venditor per se et suos heredes dedit, cessit, transtulit et mandavit predicto Bertello omnia iura et actiones reales et personales, utiles directas, tacitas, expressas, annoniales, ipotecarias atque mistas, que et quas dictus dominus Nicolaus habet, habere potest et posset et sibi spectant et competunt quoquo modo in dictis petiis terre, domibus, rebus et bonis infrascriptis et utroque vel altero eorum contentis et contra et adversus predictos ser Ghitinum, Baldinucium et dominam Margaritam auctores suos predictos et quemlibet ipsorum et eius heredes et bona, ac bonorum suorum detentores, nomine et ocaxione venditionis facte per predictos ser Ghitinum, Baldinucium et dominam Margaritam et quemlibet, vel alium ex eis predicto domino Nicolao, de dictis rebus, bonis et occaxione cessionis in dictis instrumentis venditionum contente, et etiam occaxione promissionis et obbligationis per predictos ser Ghitinum, Baldinucium et dominam Margaritam, vel alium ex eis, facte predicto domino Nicolao ad defensionem et super defensionem supradictarum rerum omnium et bonorum, promissionum, obligationum, cautionum et penarum super hiis et eorum ocaxione factarum, in dictis instrumentis vel altero eorum, et in omnibus et pro omnibus et singulis promissionibus, obligationibus, pactis factis et prius factis in dictis instrumentis, vel altero eorum. Que iura et actiones voluit et consensit predictus dominus Nicolaus ad predictum Bertellum de ceptero spectare et pertinere et in ipsum translata esse et ipsum Bertellum in hiis loco dicti domini Nicolai succedere, eumdem Bertellum procuratorem constituens in rem suam; ita quod admodum tam suo nomine, quam iuribus et actionibus supradictis et alio quolibet genere actionum iurium possit et valeat dictus Bertellus supradictas res et bona sibi venditas habere, tenere et possidere, et ipsas a quocumque et contra quemcumque defendere et tueri, et quoscumque pretendentes ius in eis excludere, vigore iurium predictorum. Et in casu quolibet quo de dictis rebus et bonis sibi venditis, ut dictum est, vel aliqua earum lis, vel questio moveretur, possit et valeat dictus Bertellus contra predictos ser Ghitinum, Baldinucium et dominam Margaritam agere, excipere, replicare, consequi et se tueri, et pretium et pretia contenta in dictis instrumentis et utroque ipsorum contenta, dampna, expensa, interesse et exigere et omnia facere et experiri que prout dictus dominus

Nicolaus facere poterat et potuisset ante confectionem presentis instrumenti, paciscens et expresse conveniens dictus d. Nicolaus pro dicto Bertello stipulante quod de dictis iuribus nullam alicui fecit dationem, cessionem, absolutionem in preiudicium iurium predictorum; et si secus reperiretur promixit ipsum Bertellum sine dampno asservare. Et hec nominatim pro pretio et nomine pretii dictarum rerum venditarum et iurium predictorum centum quinquaginta librarum bononinorum, quas predictus dominus Nicolaus fuit confessus habuisse et recepisse a dicto Bertello pro pretio dictarum rerum in instrumento dicte promissionis per eum facte dicto Bertello, ex instrumento mei notarii infrascripti. Nec non promixit dictus dominus Nicolaus venditor solemni stipulatione et pacto dicto Bertello emptori de dictis rebus et bonis venditis nulla de ceptero, per se, vel alium, seu alios, aliqua ratione vel causa, de iure, vel de facto eidem emptori in iudicio, sive extra, inferre, movere, vel refferre, aut inferrenti, moventi, vel refferenti consentire, sed dictas res venditas, cum omni suo iure, usu et consuetudine eidem emptori legiptime defendere, autorizare et disbrigare, in omnem casum et ab omni persona, comune, colegio et universitate, sub pena dupli pretii et cum reffectione dampnorum et obligatione omnium suorum bonorum.

Actum Bononie, in capella s. Andree de Platixiis, in domo habitationis dicti domini Nicolai venditoris, presentibus dompno Benvenuto capellano in ecclesia sancti Petri maioris Bononie, ad altare sancti Iohannis evangeliste, qui dixit se cognoscere contrahentes predictos, Iacobo condam Michaelis de capella sancti Andree de Platixiis, Nanne condam Bertolomei Diotachore de terra sancti Iohannis in Persiceto comitatus Bononie et Ugolino condam Rodulfi de capella s. Nicolai burgi sancti Felicis testibus.

CCCLIII (1279).

Ivi, c. 69 *v.*

Quietanza rilasciata da Bartolomea Conoscenti a Pietro dal Pino scolaro studente in Diritto civile.

Bologna, 1366, 4 aprile.

Dominus Petrus de Pino de Seguxia taurinensis diocesis scolaris Bononie in iure civili, sponte et ex certa scientia, per se et suos heredes fuit confessus et contentus habuisse et recepisse a Vincentio predicto, dante et solvente vice et nomine dicte domine Bartolomee et suorum heredum, et de ipsius domine Bartolomee procuratione, summam viginti librarum bononinorum in pecunia numerata, quam

quantitatem pecunie dictus dominus Petrus recipiens, dixit et asseruit tantam esse; que summa viginti librarum bononinorum dicta domina Bartolomea eidem domino Petro dare et solvere promixit ex causa mutui, vel alia de causa contenta in quodam publico instrumento, scripto manu Petri Alberti notarii. Predictus dominus Petrus per se et suos heredes absolvit et liberavit dominum Vincentium ab omni eo et toto quod ad dictam dominam Bartolomeam aut in eius bonis exigere posset. Que omnia et singula promixit dictus dominus Petrus per se et suos heredes perpetuo firma et rata habere, sub pena dupli dicte quantitatis pecunie, cum reffectione dampnorum et obligatione omnium suorum bonorum.

Actum Bononie, in capella s. Nicolai de burgo sancti Felicis, in domo habitationis dicte domine, presentibus Iacobo condam Gardue, omnibus de terra Varignane, Henrico condam Perini de capella sancti Proculi, qui dixit se cognoscere contrahentes predictos, et Bartolomeo condam domini Iacobi de Padua testibus.

CCCLIV (1280).

Prot. 8°, 1368, vol. cart. di mm. 205×150, di c. 94 n., c. 5 v.

Quietanza rilasciata da Nicolò da Castello Dottore di leggi a Petruccino del fu Geminiano da Crevalcore.

Bologna, 1368, 8 gennaio.

Sapiens vir dominus Nicolaus de Castello legum doctor, filius condam magistri Bonaventure civis bononiensis, sponte et ex certa scientia, animo deliberato et nullo errore ductus, per se et suos heredes liberavit, absolvit et quietavit Petrucinum condam Zeminiani de terra Crevalcorii comitatus Bononie, olim castaldionem et negotiorum gestorem predicti domini Nicolai possessionum, rerum et bonorum dicti domini Nicolai in terra et curia Crevalcorii de omnibus et ab omnibus gestis, procuratis, factis, gestis et administratis per ipsum Petrucinum in bonis e circa bona ipsius domini Nicolai, positis in dicta terra et curia Crevalcorii, et ab omnibus et singulis bonis et redditibus ad manus dicti Petrucini perventis de rebus et bonis predictis, dicens et asserens ipse dominus Nicolaus predictum Petrucinum de predictis et pro predictis eidem bonam, claram et apertam rationem reddidisse, ostendisse et demonstrasse. Et versa vice predictus Petrucinus, per se et suos heredes liberavit, absolvit et quietavit predictum dominum Nicolaum pro se et suis heredibus ab omni salario sibi debito, convento et promisso per dictum dominum Nicolaum ocaxione sue merzedis predicte. Et etiam pro omni residuo

et reliquo quod dictus Petrucinus habet, vel haberet penes se de bonis dicti domini Nicolai; et in eorum recompensatione predictus Petrucinus se solempniter obligando promixit predicto domino Nicolao laborare et cultivare pro uno anno proxime venturo quatuor bobulcas terre arative de terreno dicti domini Nicolai posito in dicta curia Crevalcorii, deputando et ordinando per Perondum castaldionem dicti domini Nicolai, videlicet remenando, reterzando et seminando terre semine dicti Petrucini et omnibus expensis ipsius et dare totum redditum quod nasceretur in dictis quatuor bobulcis. Que omnia et singula suprascripta promiserunt partes sibi ad invicem per se et suos heredes sub pena viginti librarum bononinorum solempni stipulatione e cum mutua reffectione dampnorum, mutua obligatione omnium suorum bonorum et mutuis renuntiationibus.

Actum Bononie, ad scaraniam, presente Francho condam Petri Ferarii, Gerardo condam Iohannis Scalvati, ambobus de terra Crevalcorii comitatus Bononie, qui disserunt se cognoscere contrahentes predictos, Thoma condam Francisci de Bataglutii notario et Petro condam Thome de Beatis notario testibus.

CCCLV (1281).

Ivi, c. 7 *r.*

Vendita di terreni da Nicolò da Castello a Iacopo de' Planelli.

Bologna, 1368, 11 gennaio.

Sapiens vir dominus Nicolaus de Castello legum doctor condam magistri Bonaventure civis bononiensis, de capella sancti Andree de Platisiis, sponte et ex certa scientia, per se et suos heredes, iure proprio et in perpetuum dedit, vendidit et tradidit Iacobo condam Petri de Planellis, de capella s. Marie Magdalene, vice et nomine Pauli et Iohannis fratrum et filiorum condam Andrioli olim dicti Petri et suorum heredum recipienti, ementi comuniter et pro indivixo, unam petiam terre arative trium tornaturarum, salvo plus vel minus, positam in curia Calamuschi comitatus Bononie, in loco dicto Chalancho, iuxta possessionem fratrum Heremitarum de Bononia, iuxta Baldum Iacobi, iuxta Michilinum pelachanum, iuxta viam publicam et iuxta Michilinum condam ser Berti Cultri, vel alios veriores confines; ad habendum, tenendum et possidendum etc. Et hec nominatim pro pretio octo librarum bononinorum pro qualubet tornatura, quod cadit in summa viginti quatuor librarum bononinorum; quod precium totum et integrum dictus Iacobus emptor de sua et dictorum

Pauli et Iohannis comuni pecunia, coram testibus et me notario infrascripto, dedit, solvit, tradidit, numeravit dicto venditori presenti, recipienti et asserenti tantam esse dicti pretii et pecunie quantitatem et ipsum totum et integrum habuisse et recepisse a dicto emptore dictis nominibus, ut dictum est, et dicta de causa. Quam rem venditam predictus dominus Nicolaus venditor constituit se ipsius emptoris dictis nominibus per pactum possidere etc. Necnon promixit dictus dominus Nicolaus dicto Iacobo de dicta re vendita, vel aliqua eius parte nullam de ceptero per se, vel alium, de iure, vel de facto, in iuditio, sive extra, litem, questionem, controversiam vel molestiam eidem Iacobo emptori dictis nominibus ferre, movere, vel refferre; sed dictam rem venditam, cum omni suo iure, usu, consuetudine eidem emptori, dictis nominibus legiptime defendere, auctorizare, disbrigare, in omnem casum et ab omni persona, comune, colegio et universitate, sub pena dupli dicti precii, cum reffectione dampnorum, obligatione omnium suorum bonorum et renuntiatione.

Actum Bononie, in capella sancti Andree de Platixiis, in domibus predicti domini Nicolai venditoris, presentibus dompno Benvenuto de Castello, qui dixit se cognoscere contrahentes predictos, Zanino condam ser Cortexini de capella sancti Blaxii, Iohanne condam Donini de Zena et Zenane condam magistri Ture muratore testibus.

CCCLVI (1282).

Ivi, c. 9 *v.*

Quietanza rilasciata da Giovanni de' Gombruti a Franceschino del fu Bonaventura drappiere.

Bologna, 1368, 13 gennaio.

Giovanni del fu Tommasino de' Gombruti, cui furono ceduti a titolo di donazione “ a domino Simone condam domini Ivani de sancto Georgio legum doctore ” tutti i diritti che aveva verso Nicolò del fu Giovanni da Monferrato, Useppo del fu Nicolò e Francesco del fu Bonaventura drappiere, per la somma di lire 55, fa quietanza per lire 26 ricevute da Franceschino del fu ser Bonaventura drappiere, della parrocchia di san Tommaso del Mercato, che pagò a nome di Useppo del fu Nicolò.

Millesimo CCCLXVIII, inditione sexta, die tertiodecimo mensis ianuarii. . . . .

Actum Bononie, in capella sancti Iohannis in monte, in domo habitationis Francisci condam Bartolomei, qui dicitur Garfagninus, presentibus domino Andrea filio dicti Francisci, domino Thoma filio Minoti Angelelli, Iohanne condam domini Buvalelli de sancto Georgio notario, qui dixit se cognoscere contrahentes predictos, et Ugolino condam Landi testibus.

CCCLVII (1283).

Ivi, c. 29 r.

Quietanza rilasciata da Gerardo de' Conforti a Nicolò de' Cari.

Bologna, 1368, 26 gennaio.

Nicolò del fu Micio de' Cari mercante riceve dal nobile milite Gerardo del fu Bartolomeo de' Conforti la somma di lire 203 quale restituzione di mutuo.

Millesimo CCCLXVIII, inditione VI, die vigessimo sesto mensis ianuarii. . . . .

Actum Bononie, in capella sancte Marie porte Ravennatis, in domo habitationis dicti Nicolai, presentibus sapiente viro domino Ugolino de Scapis legum doctore, Francisco condam Betucii de Canitulo, Nicolao condam Federici de la Clatara et Iacobino condam Quintilii notarii, qui dixit se cognoscere contrahentes predictos, testibus vocatis et rogatis.

CCCLVIII (1284).

Busta n. 18, 1359-1390 e miscellanea, documenti 80 num. da 1 a 53, mm. 310×220, n. 27.

Lodo arbitrale di Giovanni da Legnano in una lite vertente fra Lito degli Alidosi vescovo d'Imola ed Obizzo e Francesca Pepoli per l'eredità di Zerra Pepoli.

Bologna, 1368, 27 gennaio.

In Christi nomine amen. Nos Iohannes de Lignano iuris utriusque doctor, arbiter, arbitrator e amichabiliter compositor, cognitor, preceptor, mandator et difinitor litium, questionum, discordiarum et controversiarum vertentium et que vertuntur, seu vertebantur et erant, et que in futurum verterentur, seu verti possent inter reverendum in Christo patrem et dominum dominum Litum Dei gratia episco-

pum imolensem, filium condam magnifici et potentis militis domini Roberti de Alidoxiis de Imola, suo proprio nomine, non tamquam episcopum, sed ut nepotem condam nobilis viri domini Zerre de Pepolis, de bonis avi materni dicti reverendi patris et domini Liti dicti domini Zerre predefunte, ut heredem, sicut asserebat ipse reverendus pater et dominus d. Litus, pro tercia parte omnium bonorum dicti domini Zerre ex una parte, et Christoforum condam Francisci de Hosmeriis de Terdona habitantem civitatem Bononie, in capella sancte Lucie, procuratorem et specialem nuncium nobilis viri domini Oppizonis filii condam nobilis et sapientis viri domini Iohannis legum doctoris filii olim domini Zerre condam domini Romei de Pepolis civis bononiensis, ut asserebat ipse Christoforus, heredis universalis pro dimidia dicti condam domini Zerre sui avi paterni, ac etiam procuratorem et specialem nuncium nobilis iuvenis domine Francisce filie et universalis heredis condam nobilis militis domini Mathei, condam universalis heredis pro dimidia dicti condam domini Zerre de Pepolis ex parte altera, nomine et occaxione hereditatis et successionis, ac bonorum, rerum et iurium hereditatis dicti condam domini Zerre de Pepolis, et alia quacumque ratione, vel causa, comuniter electus et assumptus ab ipsis partibus, dictis nominibus, cum potestate, auctoritate, iurisdicione, arbitrio et bailia de predictis, et super predictis litibus, questionibus, discordiis et controversiis videndi, cognoscendi, examinandi, procedendi, inquirendi et omnem veritatem indagandi et inveniendi, precipiendi, mandandi summarie et de plano, sine strepitu et figura iudicii, amichabiliter et concorditer de iure et de facto omni loco et tempore sedendo, vel recte stando, partibus presentibus, vel absentibus, seu una presente et alia absente, partibus citatis, vel non citatis, seu una citata et alia non citata, cum scriptura, vel sine, cum iuris cognitione, vel sine. Et eodem modo seu alio qui magis nobis videretur, vel placeret de predictis et super predictis cognoscendi, laudandi, arbitrandi, sententiandi, precipiendi, mandandi et difiniendi lites, questiones, discordias et controversias predictas, sedandi et removendi, prout vobis videretur et placeret de iure et de facto, aut de iure tantum, vel de facto tantum, prout plenius et latius continetur in compromisso et instrumento compromissi; nos per dictas partes, dictis nominibus, super predictis factis die quartodecimo mensis octubris anni proxime preteriti et traditi et rogati in civitate Imole, per Iohannem Angelini olim Alberti Angelelli civem et notarium bononiensem; et pro rogationibus et terminis prorogationum dicti compromissi per dictas partes, dictis nominibus factis, ex publicis instrumentis traditis et rogatis per dictos notarios, visisque per nos dictis compromisso et prorogationibus et instrumentis compromissi

et prorogationum in nos factis per dictas partes, dictis nominibus, ac potestate, auctoritate, arbitrio, iurisdicione et bailia a dictis partibus et per ipsas partes dictis nominibus in eis concessis, datis, atributis, et ipsis diligenter examinatis, habitoque etiam plures et pluries coloquio partium predictarum et cum ipsis simul et divixim, auditisque etiam omnibus et singulis; que partes predicte dictis nominibus et unicuique partium predictarum per se de predictis et pro predictis et super predictis dicere, producere, ostendere et alegare voluerunt coram nobis, habitaque per nosmet ipsos super predictis omnibus et singulis solempni et matura deliberatione, vigore dicti compromissi et prorogationum predictarum et potestatis, auctoritatis iurisdictionis, arbitrii et bailie nobis a dictis partibus dictis nominibus date et concesse et atribute, et omni alio modo, via, forma et iure quibus melius possumus eligentes, sequentes modum et viam arbitratorum et amicabilium compositorum pro bono pacis, quietis et concordie partium predictarum et utriusque earum, Christi eiusque matris et totius celestis curie nominibus invocatis, sedentes in domibus nostre habitationis, positis in civitate Bononie, in capella et iuxta ecclesiam sancti Proculi, dicimus, laudamus, sententiamus, pronuntiamus, arbitramur, precipimus et mandamus infrascripta omnia pro bono pacis, quietis et concordie partium predictarum, ac seditione, remotione et fine litium, questionum et discordiarum et controversiarum predictarum, videlicet: imprimis quod de bonis, domibus, possessionibus, rebus et iuribus hereditatis et successionis predicti condam domini Zerre de Pepolis prefatus reverendus pater et dominus d. Litus tamquam nepos ipsius condam domini Zerre sui avi materni ex persona condam domine Iacobe matris ipsius domini Liti et filie dicti quondam domini et ipsius condam domini Zerre hers pro tercia parte habeat et habere debeat et ad ipsum libere et pleno iure spectent et pertineant infrascripte domus, possessiones, res, bona, iura, fructus et reditus:

Imprimis una domus balchionata et stationata a latere anteriori et plana a latere posteriori, cum terreno, puteo et hedifitio, posita in civitate Bononie, in capella s. Mathei de Acharixiis, iuxta alias domus hereditatis dicti domini Zerre de Pepolis que possideutur per Oppizonem de Pepolis, a duobus lateribus, iuxta stratam publicam a latere anteriori et iuxta Petrum de Matuglano, mediante quadam viazola comuni dicte domui dicti Petri.

Item una possessio trecentarum tornaturarum terre arative, beduste et prative, cum domo cupata, columbaria, furno et aliis superestantibus, posita in curia Duracii, iuxta Centonariam, iuxta dominum Lambertinum de Pepolis, iuxta stratam publicam et possessiones comunis Butrii.

Item una possessio terre arative, arborate, beduste, prative, cum una domo cupata, posita in dicta curia, iuxta stratam publicam et alia bona heredum Zerre de Pepolis.

Item una petia terre arative, posita in curia Castri sancti Petri, in loco dicto Casteleto, iuxta dominam Chidixam de Galutiis a duobus lateribus, iuxta dominum Lambertinum de Pepolis et viam publicam.

Item una petia terre beduste et olivate septem tornaturarum, posita in dicta curia, in loco dicto la croxe de Paganello, iuxta Bartolomeum Lipoli et heredes d. Iohannis de Pepolis.

Item una petia terre arative et vineate duodecim tornaturarum, posita in dicta curia, in loco dicto Puozo, iuxta Bertolinum Lipoli et Lambertinum de Pepolis.

Item una petia terre arative et vineate quinque tornaturarum, posita in dicta curia, et loco, iuxta Bertolinum Lipoli.

Item una petia terre arative trium tornaturarum, posita in dicta curia, in loco dicto Porta Feza, iuxta Bitinum Vanini.

Item una petia terre arative septem tornaturarum, posita in dicta curia et loco, iuxta vias a duobus lateribus.

Item una petia terre arative duarum tornaturarum, posita in dicta curia et loco iuxta possessiones ecclesie s. Marie de Castello.

Item una petia terre vineate duarum tornaturarum, posita in dicta curia, in loco dicto Valesina, iuxta Iacobum Zardi.

Item una petia terre vineate, trium tornaturarum, in dicta curia et loco iuxta Nannem Captaneum.

Item tres tornature terre vineate, que est in duabus petiolis posite in dicta curia, in loco dicto Lavernazola, iuxta Nannem Captaneum.

Item uua petia terre arative vigintiquatuor tornaturarum, posita in dicta curia, in loco dicto Garnarola, iuxta rivum de Garnarola.

Item una petia terre arative, vineate, olivate et prative septuaginta tornaturarum, posita in dicta curia, in loco dicto Paradella sive Montizo, iuxta Balducium Iacobi, heredes Ghinacii et Benedictum Lenzoli.

Item una petia terre arative duarum tornaturarum, posita in dicta curia, in loco dicto Vialedo, iuxta Guidonem Matioli, iuxta viam de Clavadinis et iuxta chanale.

Item una petia terre arative duarum tornaturarum, posita in dicta curia, et loco, iuxta dictos confines.

Item una petia terre tredecim tornaturarum, posita in dicta curia, iuxta heredes Bartolini Galvani a duobus lateribus, iuxta illos de Bechadellis, iuxta heredes Griffi de Planorio et iuxta successores Vandini de Papazonibus.

Item una petia terre quatuor tornaturarum, posita in dicta curia, in loco dicto Maledo, iuxta viam, iuxta Iohanellum Vanini, iuxta Guidonem Mathioli, iuxta aliam viam et iuxta canale.

Item una petia terre trium tornaturarum, posita in dicta curia, et loco, iuxta Guidonem predictum, iuxta viam et iuxta successores Griffi de Planorio.

Item una petia terre arative viginti quatuor tornaturarum, posita in dicta curia, in loco dicto Campo Marzo, iuxta possessiones hospitalis sancte Chatarine, iuxta canale et iuxta heredes Bartoli Gucii.

Item duas petiolas terre arative et prative octo tornaturarum, posita in dicta curia, in loco dicto Albaroda, iuxta viam, iuxta flumen a duobus lateribus et iuxta dominum Lambertinum de Pepolis.

Item unum casamentum duarum tornaturarum, positum in dicta curia, iuxta vias a quatuor lateribus.

Item una petia terre arative, cum uno medali de paleis duodecim tornaturarum, posita in dicta curia, in loco dicto Marzoli, iuxta heredes Salvucii de Bargelinis, iuxta viam, iuxta Nannem Captaneum, iuxta riolum.

Item una petia terre arative quinque tornaturarum, posita in dicta curia et loco dicto Marzoli, sive Garnara, iuxta Petrum Masini, iuxta viam, iuxta Nannem Captaneum et iuxta Gerardum de Bussis.

Item una petia terre arative sex tornaturarum, posita in dicta curia et loco, iuxta successores Vandini de Papazonibus, iuxta heredes Salvucii de Bargelinis a duobus lateribus, iuxta Nannem Captaneum et iuxta Petrum Thomacis.

Item una petia terre arative duarum tornaturarum, posita in dicta curla et loco, iuxta viam, iuxta successores Vandini de Papazonibus et iuxta heredes Salvucii de Bargelinis.

Item unum casamentum positum ex opposito porte dicti Castri sancti Petri, iuxta Masolinum, iuxta foveam dicti castri et iuxta viam.

Item una petia terre trium tornaturarum, posita in curia Ducie, in loco dicto, iuxta Migliorellum Thomacis, iuxta possessiones hospitalis de Toscanella, iuxta Simonem de Pucichalvuli et iuxta Zanolum baraterium.

Item una petia terre arative unius tornature et dimidium alterius, posita in dicta curia et loco, iuxta dominum Lambertinum de Pepolis, iuxta Sgherlatum de Mezamicis de Imola, iuxta riolum et iuxta viam.

Item una petia terre arative undecim tornaturarum, posita in dicta curia et loco, iuxta heredes Salvucii de Bargelinis, iuxta vias, iuxta possessiones hospitalis sancte Chatarine et iuxta heredes Scotoli Thomacis.

Item una petia terre arative decem tornaturarum, posita in dicta curia et loco, iuxta vias a duobus lateribus et iuxta heredes Mundini Philippi.

Item una petia terre octo tornaturarum in dicta curia et loco, iuxta viam et iuxta Nannem Captaneum a duobus lateribus.

Item una petia terre arative et prative trium toruaturarum cum una domo cupata, furno et area superestanti, posita in dicta curia et loco dicto Bagnarola, iuxta vias a duobus lateribus, iuxta flumen, iuxta heredes Masolini Captanei a duobus lateribus, iuxta Cichum Bini de Imola et iuxta possessiones ecclesie de Bagnarola.

Item una petia terre arative unius tornature et dimidium alterius, posita in dicta curia et loco, iuxta Selerum de subtus et iuxta heredes Masolini Captanei a duobus lateribus.

Item due tornature terre arative, posite in dicta curia et loco, iuxta heredes Masolini predicti, iuxta dominam Checham de Ducia et iuxta dominam Margaritam uxorem Cichini Bini de Imola.

Item una tornatura terra prative, posita in dicta curia et loco, iuxta vias a duobus lateribus et iuxta possessiones ecclesie sancti Petri de Bagnarola a duobus lateribus.

Item octo tornature terre arative et prative, posite in dicta curia et loco, iuxta vias a duobus lateribus, iuxta heredes Masolini predicti a latere de super et iuxta possessiones ecclesie s. Petri predicti.

Item octo tornature terre arative, posite in dicta curia et loco, iuxta heredes Masolini predicti a duobus lateribus et iuxta Litum de Alidoxiis a duobus lateribus.

Item decem tornature terre arative posite in dicta curia et loco, iuxta possessiones ecclesie s. Petri predicti de super, iuxta Bonum, iuxta heredes predicti Masolini, iuxta Baldum de Ponticlo et iuxta Guizardum de Curalovo.

Item una petia terre arative, vineate, prative et buscive, cum una domo cupata, puteo, et broilo superestanti, viginti tornaturarum, posita in curia Casalicli Comitum ultra Idicem comitatus Bononie, iuxta viam, iuxta Lipum de Papazonibus et iuxta Tuzolum Bontempi.

Item una petia terre arative et vineate tredecim tornaturarum, posita in dicta curia, in loco dicto Campo d'Alborio, iuxta vias publicas a quatuor lateribus.

Item una petia terre arative quatuordecim tornaturarum, posita in dicta curia, in loco dicto San Silvestro, iuxta viam publicam, iuxta heredes Thome de Papazonibus et iuxta heredes Teste de Gozadinis.

Item una petia terre arative et beduste sedecim tornaturarum, posita in dicta curia et loco, iuxta vias a tribus lateribus, iuxta heredes Mathioli de Bechadellis, iuxta Iohannem de Pegolotia et iuxta rivum.

Item una petia terre buscive et beduste trigintaquinque tornaturarum, posita in dicta curia, iuxta suprascriptam domum et petiam terre, iuxta possessiones sancti Petri et iuxta riolum.

Item una petia terre arative, salde et beduste quatraginta tornaturarum, posita in curia Medexani, in loco dicto Choalunga, iuxta heredes Iohannis comitis de Bedoletis, iuxta Gualfreducium de Sabadinis, iuxta Ugonem de Foscarariis et iuxta heredes Deghi de Sala et iuxta viam.

Item una petia terre prative sex tornaturarum, posita in dicta curia et loco, iuxta dominum Gentilem de Alidoxiis a duobus lateribus, iuxta viam et iuxta Ghinum de Sabadinis.

Item una petia terre olim arative et ad presens beduste, super qua esse consueverant medalia de paleis, nonaginta tornaturarum vel circha, posita in curia sive guardia Altedi comitatus Bononie, in loco dicto Savena, cum arboribus, valibus, silvis et boschis choerentibus et pertinentibus ad dictam petiam terre, iuxta successores domini Iohannis de Pepolis, iuxta Proam de Valle de Duiolo et iuxta flumen Sapine; que petia terre est longitudinis septingentarum perticarum et latitudinis quinqueginta perticarum, salvo plus, vel minus.

Item una petia terre olim arative, ad presens beduste, prative et valive, posita in dicta curia et loco, iuxta flumen Sapine, iuxta dominam Castoriam, seu successores ser Buvalelli de Anselinis et iuxta heredes, seu successores olim Tadei Bombaronis.

Item una possessio, sive petia terre, super qua consueverunt esse tria medalia de paleis, latitudinis centum quinqueginta perticarum et longitudinis septingentarum perticarum, unius possessionis sive petie terre centum viginti tornaturarum, erant arative et ad presens sunt beduste et residuum est valivum et boschivum, posita in dicta curia, iuxta vallem de Dugliolo, iuxta flumen Sapine, iuxta successores domini Iohannis de Pepolis et iuxta Minotum Angelelli.

Item unum morellum tereni, quod est in latitudine quadraginta octo pertichariım, et est valivum et bedustum, positum in dictis curia et loco, iuxta sapradictam possessionem sive petiam terre.

Item unum morellum tereni, super quo consueverunt esse duo medalia de paleis, quod est in latitudine quadraginta perticarum et treginta sex tornaturarum erant arative, et cum centum tornaturis terre prative, positum in dictis curia et loco, iuxta flumen Sapine, iuxta Travalinum Antholini de Stupa et iuxta possessiones domini episcopi bononiensis.

Item una petia terre olim arative et vincate et ad presens beduste, viginti octo tornaturarum, super qua consueverunt esse tria medalia de paleis, posita in dictis curia et loco, iuxta vias publicas a tribus lateribus et iuxta successores illorum de Bixanellis.

Item una petia terre sex tornaturarum, posita in dicta curia, in loco dicto Mantoano, iuxta Petrum Boniohannis et iuxta viam.

Item una petia terre olim arative et ad presens beduste, tredecim tornaturarum, posita in dicta curia et loco, iuxta Dominicum Iacobi Isolani, iuxta heredes domine Mixine de Bixanellis et iuxta viam.

Item una petia terre olim arative, et ad presens beduste, viginti sex tornaturarum, posita in dictis curia et loco, iuxta vias a tribus lateribus et iuxta Petrum Boniohannis.

Item una petia terre olim arative et ad presens beduste, octo tornaturarum, posita in dicta curia et loco, iuxta Petrum Boniohannis, iuxta dominum Nicolaum de Pepolis et iuxta viam.

Item una petia terre viginti sex tornaturarum, posita in dictis curia et loco, iuxta vias a duobus lateribus et iuxta dominum Iohannem Blanchi de Altedo.

Item una petia terre, posita in dictis curia et loco, iuxta viam publicam, iuxta supradictum d. Iohannem Blanchi de Altedo et iuxta alia bona hereditatis supradicti domini Zerre.

Item una petia terre septem tornaturarum, posita in dictis curia et loco, iuxta Argilem et iuxta dictum dominum Iohannem Blanchi.

Item una petia terre sedecim tornaturarum, posita in dictis curia et loco, iuxta viam publicam, iuxta dictum dominum Iohannem Blanchi et iuxta Argilem.

Item una petia terre centum tornaturarum, in loco dicto Guazarello, iuxta dominum Lambertinum de Pepolis, iuxta Zannem Tuselium et iuxta viam publicam.

Item una petia terre nonaginta tornaturarum, posita in dictis curia et loco, iuxta viam publicam, iuxta Sapinam, et iuxta dictos heredes.

Item una petia terre septem tornaturarum, posita in dicta curia, in loco dicto Boscho Mantoano, iuxta heredes Iacobini de Saliceto, et iuxta vias a duobus lateribus.

Item quoddam casamentum trium tornaturarum, super quo consuevit esse unum medale de paleis, positum in dicta curia, iuxta Sapinam, iuxta dictos heredes et iuxta viam publicam.

Item una petia terre centum tornaturarum, super qua consuevit esse una domus cupata, cum tribus medalibus de paleis, posita in dicta curia et loco, iuxta Sapinam, iuxta viam et iuxta alia bona hereditatis dicti condam domini Zerre.

Item una petia terre centum tornaturarum, super qua consuevit esse una domus cupata et unum medale de paleis, posita in dictis curia et loco, iuxta Sapinam, iuxta predictos heredes et iuxta Iacobinum Petri Angelelli.

Item etiam laudamus, arbitramus, volumus et mandamus quod prefatus r. p. dominus Litus habeat et habere debeat in bonis et de bonis hereditatis predicti condam domini Zerre positis in terra et curia Castri Episcopi comitatus Bononie tantum quod valeat

quantitatem et summam librarum quingentarum bononinorum et hoc habendo respectum ad extimationes contentas et descriptas in adiudicatione et sententia prefati reverendi patris et domini d. Liti.

Item etiam precipimus, volumus, mandamus et arbitramur quod predictus Christoforus procurator predictorum Oppizonis et domine Francisce, procuratorio nomine ipsorum tantum et ipsi Oppizo et domina Francisca, hinc ad festum pascatis resuretionis domini nostri Ihesu Christi proximum venturum, ipsum reverendum patrem et dominum dominum Litum, vel alium pro eo inducant, ponant atque relasent in tenutam et corporalem possessionem suprascripte domus posite in civitate Bononie, in capella sancti Mathei de Acharixiis, per nos asignate eidem reverendo patri et domino in presenti laudo. Ac etiam debeant facere et curare ita et taliter, cum efectu, quod Catelinus filius naturalis condam domini Iohannis, olim dicti domini Zerre de Pepolis renunciet omni iuri et actioni ipsi Catelino quomodolibet competenti, vel competiture in dicta domo vigore cuiuscumque usus, usufructus et habitationis ipsius domus et hec per presentem instrumentum.

Item volumus, dicimus, mandamus, sententiamus, pronunciamus et arbitramur quod predicti Oppizo et domina Francisca, tamquam heredes pro aliis duabus partibus dicti condam domini Zerre et dictus Christoforus eorum procurator, procuratorio nomine ipsorum et pro eis, habeant et habere debeant, ac ad eos et utriusque ipsorum libere et pleno iure spectet et pertineat, ac spectare et pertinere debeat residuum tocius hereditatis bonorum, rerum, possessionum, iurium mobilium et immobilium dicti condam domini Zerre de Pepolis; salvis infrascriptis fructibus, reditibus, conventionibus, afitibus et pensionibus. Non obstante aliqua sententia, vel adiudicatione eidem reverendo patri et domino d. Lito, vel suo procuratori facta de aliquibus aliquis bonis hereditatis predicte.

Item quod de omnibus et singulis fructibus, reditibus, proventibus, obventionibus, afitibus et pensionibus habitis et perceptis ex quadam, de quadam et pro quadam domo magna, balchionata, cum curtili, puteo, stationibus et aliis superstantibus, posita Bononie, in capella sancti Mathei de Acharixiis, iuxta vias publicas a tribus lateribus, iuxta domos, sive hospitale Batutorum de vita et iuxta domum sotietatis muratorum civitatis Bononie, et terenis, possessionibus et domibus de Castro Episcopi et aliis rebus, possessionibus et bonis per nos assignatis in presenti laudo prefato reverendo patri et domino d. Lito, ubicumque positis et confinatis existant; salvo quam de supradicta domo superius eidem r. p. et domino Lito asignata per nos a kalendis mensis aprilis millesimi trecentessimi sesagessimi sesti citra usque ad festum sancti Michaelis mense septem-

bris proximi preteriti, ubicumque et penes quemcumque reperiantur, ipsi fructus, reditus, proventus, afitus et pensiones, prefatus reverendus pater et dominus d. Litus habeat et habere debeat duas partes ex tribus partibus ipsorum, et quod ipsi Oppizo et domina Francisca et predictus Christoforus eorum procurator procuratorio nomine pro eis habeant habere debeant reliquam terciam partem ipsorum fructuum.

Item predictas partes et utramque ipsarum liberamus, absolvimus ab omnibus et singulis mobilibus, fructibus, reditibus, proventibus, obventionibus, afitibus et pensionibus per ipsas partes vel alteram earum, seu alium eorum nominibus habitis et perceptis ex hereditate, bonis, posesionibus, rebus et iuribus hereditatis predicte usque in presentem diem, salvo quod de fructibus et reditibus supra specificatis.

Item etiam partes et utraque ipsarum, dictis nominibus, liberamus et absolvimus ab omnibus expensis, dampnis et interesse habitis, factis, passis, supportatis per dictas partes dictis nominibus, vel alterum earum, vel alium eorum, nomine, occaxione cuiuscumque litis, questionis, discordie et controversie inter dictas partes verse predictorum occaxione usque in presentem diem.

Item quod partes predicte et quelibet earum dictis nominibus presens nostrum laudum, sententiam, pronunciationem et arbitramentum et omnia in eis contenta, hinc ad decem dies proxime venturos ratificare, aprobare, emologare et confirmare debeant per publicum et solempne instrumentum, sub pena et ad penam in dicto compromisso et instrumento compromissi in nos facto contentam et apositam.

Et predicta omnia superius per nos laudata, sententiata, pronunciata, arbitrata et mandata volumus et mandamus per ipsos reverendum patrem et dominum d. Litum, Oppizonem et dominam Franciscam et dominum Christoforum eorum procuratorem procuratorio nomine per eos servari et adimpleri debere, sub pena in ipso compromisso et instrumento compromissi contenta et aposita.

Lectum, latum et pronunciatum fuit dictum laudum, sententia, pronunciatio et arbitramentum in hiis scriptis per predictum dominum Iohannem de Lignano arbitrum et arbitratorem, sedentem in civitate Bononie, in domibus et chamara sue habitationis, positis Bononie, in capella s. Proculi, presentibus prefatis reverendo patre et domino d. Lito et Christoforo procuratore predictorum Oppizonis et domine Francisce, et ad ipsorum petitionem et instantiam ratificantibus, aprobantibus, emologantibus et confirmantibus predictum laudum, sententiam, arbitramentum, et omnia in eis contenta, et presentibus nobilibus militibus dominis Azzone et Bertrando fratribus

et filiis condam magnifici militis domini Roberti de Alidoxiis de Imola, nobile viro Maximo filio Friderici Octaviani de Ubaldinis, venerabile viro d. fratre Ubertino de Wovaria abbate monasterii s. Pauli Imolensis, Matheo condam Thome de Stupinis cive bononiense, Bartolomeo condam Iohannis de Senis habitante Bononie, in capella s. Proculi, Lamberti condam ser Guidonis de Zarlotis de Consilice, Guidone de Mutiglana filio condam Sarre de Mutiglana, Iohanne condam Gerardini de capella s. Barbaciani civitatis Bononie, Dominico condam magistri Nannis Schibarie et Guidone condam ser Dominici de Butrigariis ambobus de Imola, et pluribus aliis testibus ad predicta vocatis et rogatis. Sub annis nativitatis domini nostri Ihesu Christi millesimo trecentesimo sesagessimo octavo, inditione sesta, die vigessimo septimo mensis ianuarii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri d. Urbani divina providentia pape quinti.

Ego Iohannes Angelini olim Alberti Angelelli publicus imperiali et comunis Bononie auctoritate notarius predictis laudo, sententie, pronunciationi et arbitramento letis et latis per dictum dominum Iohannem arbitrum et arbitramentatorem interfui, et ea omnia de ipsius mandato publice scripsi.

CCCLIX (1285).

Prot. 8°, 1368, vol. cart., mm. 205×150, di c. 94, c. 32 *r*.

Quietanza rilasciata da Bartolomeo del fu Cambiolo dall' Olio della dote costituitagli per Francesca, o Checca, del fu Giovanni de' Bernardi sua fidanzata.

Bologna, 1368, 1 febbraio.

Bartolomeo del fu Cambiolo Dall' Olio della terra di Pollicino riceve da Iacopa, o Mina del fu Nanne di Pollicino 31 lire di bolognini per dote di Francesca, detta Checca, del fu Giovanni de' Bernardi fidanzata di detto Bartolomeo.

Millesimo CCCLXVIII, inditione sesta, die primo mensis februarii. . . .

Actum Bononie, in capella sancti Senixii, in domo habitationis sapientis viri domini Laurentii de Pino decretorum doctoris, presentibus dicto domino Laurentio, Nanino condam Nigri, Pedrano condam Berti, Blaxio condam Nubi et Cichino condam Aspetati omnibus de terra Policini a sero Reni comitatus Bononie, qui disserunt se cognoscere contrahentes predictos, testibus.

CCCLX (1286).

Ivi, c. 61 r.

Quietanza rilasciata da Berto Aldrovandini a Nicolò da Castello dottore di leggi, di parte di somma mutuata.

Bologna, 1368, 15 febbraio.

Sapiens vir dominus Nicolaus de Chastello legum doctor, filius condam Bonaventure, civis bononiensis, sponte et ex certa scientia, animo deliberato, per se et suos heredes fuit confessus et contentus habuisse et recepisse a Berto condam Viroli de Aldrovandinis de terra Centi de Butrio, comitatus Bononie, habitante terre Bertalie comitatus Bononie, dante et solvente pro se et suis heredibus, viginti quinque libras bononinorum partis et de parte cuiusdam debiti quantitatis pecunie quinqueginta unius librarum bononinorum, quas predictus Bertus eidem domino Nicolao dare et solvere promixit, ex causa mutui, ex instrumento mei Iohannis Angelini notarii infrascripti, facto in millesimo CCCLXV, die septimo mensis novembris. Et ideo predictus dominus Nicolaus, per se et suos heredes absolvit et liberavit predictum Bertum a dicta quantitate vigintiquinque librarum bononinorum, Reservato eidem domino Nicolao et suis heredibus omne ius sibi quomodolibet competens contra et adversus predictum Bertum et eius heredes et bona in residuo dicti debiti, et in penis contentis in instrumento predicto. Que omnia et singula promixit dictus dominus Nicolaus predicto Berto perpetuo firma et rata habere etc. sub pena dupli dicte quantitatis pecunie, cum refectione dampnorum, obligatione omnium suorum bonorum etc.

Actum Bononie, ad scharaniam, presentibus Francisco condam ser Dini Scornavache, Iohanne filio Maxolini de Primadiciis, qui ambo disserunt se cognoscere contraentes predictos, et Angelino filio Minoti Angelelli notario, testibus.

CCCLXI (1287).

Ivi, c. 94 r.

Quietanza relativa all' eredità di Sira moglie di Bartolomeo de' Liazari col consenso di Nicolò da Castello dottore di leggi.

Bologna, 1368, 27 febbraio.

Bartolomeo del fu Ivano de' Liazari della parrocchia di s. Nicolò degli Albàri, abitante a Modena, erede universale di Sira del fu

Pietro da Castello, come da testamento rogato nel 1362 ai 27 di luglio, in Modena, col consenso "sapientis viri domini Nicolai de Castello legum doctoris filii condam domini magistri Bonaventure phisice profesoris", per cessione fatta da Bartolomeo a detto Nicolò, nel 1364 il 27 di aprile, fa a Guglielmino e Galeotto di Guida da Castello quietanza di tutto ciò che potesse pretendere di detta eredità, per la somma di 40 lire di bolognini.

Eisdem millesimo, inditione, mense et die. . . . .
(Manca l'escatocollo).

CCCLXII (1288).

Prot. 9°, 1369, vol. cart., di mm. 217×150, di c. 96 n., c. 3 *v.*

Quietanza rilasciata da Berto del fu Virolo da Cento a Nicolò da Castello dottore di leggi.

Bologna, 1369, 24 aprile.

Sapiens et discretus vir dominus Nicolaus de Castello legum doctor, filius condam magistri Bonaventure civis bononiensis, sponte et ex certa scientia, per se et suos heredes fuit confessus et contentus habuisse et recepisse a Berto condam Viroli de terra Centi de Butrio, comitatus Bononie, habitante terre Bertalie comitatus predicti, dante et solvente pro se et suis heredibus, coram testibus et me notario infrascriptis viginti sex libras bononinorum, quas dictus Bertus eidem domino Nicolao dare et solvere promixit, ex causa mutui, vel alia de causa, contenta in quodam instrumento, scripto manu mei notarii infrascripti. Et ideo predictus dominus Nicolaus liberavit et absolvit dictum Bertum ab omnibus penis in dicto instrumento contentis, et ab omni eo toto quod vigore dicti instrumenti petere et exigere posset; quod instrumentum et omnia et singula in eo contenta voluit et mandavit dictus dominus Nicolaus de cetero fore vanum, cassum, cancelatum et nullius valoris. Et versa vice dominus Bertus liberavit et absolvit predictum dominum Nicolaum ab omni eo quod ab ipso domino Nicolao, aut in eius bonis, petere vel exigere posset quacumque ratione vel causa, usque in presentem diem. Que omnia et singula suprascripta predictus Nicolaus ex una parte et dominus Bertus ex altera parte promiserunt ad invicem perpetuo firma et rata habere, sub pena dupli dicte quantitatis solute solempni stipulatione sibi ad invicem promissa etc. Cum reffectione dampnorum, mutua obligatione omnium suorum bonorum, mutuis renuntiationibus.

Actum Bononie, in capella sancti Andree de Platixiis, in domo habitationis dicti domini Nicolai, presentibus Francisco condam Anthonii de Scotis de Placentia habitante Bononie, in dicta capella sancti Andree de Platixiis, qui dixit se cognoscere contrahentes predictos, Righeto condam Iacobi de Parma habitatore terre Bertalie et Lodovicho condam Cichini de Tosabechis de Mutina habitante Bononie, testibus.

CCCLXIII (1289).

Ivi, c. 9 *v*.

Quietanza rilasciata da Alberghetto del fu Alberto e Nerio del fu Andrea a Nicolò da Castello dottore di leggi.

Bologna, 1369, 8 maggio.

Albergiptus condam Alberti de capella sancte Chaterine de Saragotia, habitans curie Ponticli comitatus Bononie, et Nexius condam Andree faber, civis bononiensis, de capella sancti Laurencii porte Sterii, sponte et ex certa scientia et uterque ipsorum per pactum et stipulationem principaliter et in solidum se suosque heredes et bona ad infrascripta specialiter obbligando, promiserunt sapienti viro domino Nicolao de Castello legum doctori, filio magistri Bonaventure civis bononiensis, de capella sancti Andree de Platixiis, dare, solvere, numerare, reddere et restituere eidem domino Nicolao, vel suis heredibus, aut cui voluerit, hinc ad unum mensem proxime venturum, in civitate Bononie, Imole, Faventie etc., quadraginta septem libras et quatuor solidos bononinorum in pecunia numerata; quam quantitatem pecunie predicti debitores, uterque ipsorum, ex causa mutui, de puro amore fuerunt oonfessi et contenti habuisse et recepisse a dicto domino Nicolao creditore, eisque datam, solutam, traditam numeratam et dimissam esse et penes se habere a dicto creditore, ut dictum est. et dicta de causa, cum pacto assignationis pignorum, pena quadraginta septem librarum bon., cum reffectione dampnorum, obligatione in solidum omnium suorum bonorum, cum pacto precarii, renuntiatione et sacramento more maiorum.

Actum Bononie, in capella sancti Andree de Platixiis, in domo habitationis predicti domini Nicolai, presentibus Nectolo condam Francischini de Lombardis, Philippo filio Mathei de Confortis et Lodovico filio condam Cichini de Tosabechis de Mutina testibus. Et ego Iohannes Angelini notarius supradictus contrahentes cognovi.

CCCLXIV (1290).

Ivi, c. 53 *v.*

Locazione di case da Nicolò da Zappolino dottore di leggi ad Antonio detto Martello del fu Silvestro.

Bologna, 1369, 23 luglio.

Sapiens vir dominus Nicolaus de Zapolino legum doctor, civis bononiensis, sponte et ex certa scientia, per se et suos heredes, dedit, cessit et locavit ad afitum et ad utendum et fruendum Anthonio, qui dicitur Martellus, condam Silvestri, de terra Chalchare comitatus Bononie presenti, pro se et suis heredibus recipienti et conducenti, a festo sancti Michaelis mensis septembris proxime venturi deinde ad quinque annos proxime secuturos, quoddam casamentum unius tornature et dimidie alterius, vel circha, positum in curia Chalcare comitatus Bononie, iuxta Stephaninum de Cavaciis, iuxta viam publicam et iuxta Samodiam, et iuxta predictum Mengum, via mediante, vel alios veriores confines; Promittens dictus dominus Nicolaus locator dicto conductori presentem locationem firmam et ratam habere et tenere hinc ad terminum supradictum etc. Et hec omnia ideo fecit dictus locator quia versa vice dictus conductor solempni stipulatione promixit dicta re locata cum superestantibus uti et frui bene, legaliter, bona fide et arbitrio boni viri, et iura ipsius locatoris et dicte rei locate manutenere, defendere et conservare, nec ad alium sinere procedi suo dolo, vel lata culpa. Et pro afitu et nomine afitus et redditus dicte rei locate dare, solvere et numerare eidem locatori vel suis heredibus quolibet anno dictorum duorum annorum viginti quinque soldos bononinorum, et reliquorum trium annorum quolibet anno treginta soldos bononinorum quolibet anno in festo nativitatis domini nostri Ihesu Christi. Hoc tamen pacto et conventione initis et factis inter ipsos contrahentes tempore huius contractus et instrumenti et ante et post, quod si contingat ipsum conductorem propter guerram generalem que esset super comitatu Bononie, dictum conductorem uti non posse dicta re locata et fruere, coligere, quod tunc et eo casu et pro eo anno quo predicta acciderent dictus conductor ad solucionem dicti afitus pro dicto anno non teneatur, sed pro eo anno absolutus sit et esse inteligatur. In fine vero dicti termini promixit dictus conductor dicto locatori dictam rem locatam in bono statu libere restituire et relasare. Que omnia et singula suprascripta promiserunt dicte partes sibi ad invicem perpetuo firma et rata habere etc. Sub pena quinque librarum sibi

ad invicem solempni stipulatione promissa etc. cum mutua reffectione dampnorum, mutua obbligatione omnium suorum bonorum et mutuis renuntiationibus.

Actum Bononie, ad scaraniam, presentibus Henrico condam Zacharie notario, Castelano condam Thome de Tebaldis, qui ambo disserunt se cognoscere contrahentes predictos et Iacobino condam Quintilii notario, testibus.

CCCLXV (1291).

Ivi, c. 59 r.

Costituzione di obbligazione per mutuo fra Bartolomeo del fu Geri monaco e Nicolò da Castello dottore di leggi.

Bologna, 1369, 4 agosto.

Bartolomeus condam Gerii munarius civis bononiensis, de capella sancte Marie de Mascarella, sponte et ex certa scientia per se suosque heredes et bona solempni stipulatione et pacto ad infrascripta specialiter obligando, promixit sapienti viro domino Nicolao de Castello legum doctori condam magistri Bonaventure phisice profesoris, civi bononiensi, de capella sancti Andree de Platixiis, presenti, pro se et suis heredibus stipulanti et recipienti, dare, solvere, reddere, restituere eidem domino Nicolao, vel suis heredibus, aut cui voluerit, mandaverit, vel ius suum cesserit, hinc ad quatuor menses proxime venturos, in civitate Bononie, Imole, Faventie, Ferrarie, Mutine, Regii, Parme et generaliter alibi ubicumque locorum et fori petitum fuerit a dicto debitore trescentos ducatos boni et puri auri et iusti ponderis, quam quantitatem ducatorum predictus Bertolomeus debitor ex causa mutui fuit confessus habuisse et recepisse a dicto domino Nicolao creditore, sibique datam, solutam, traditam, numeratam et dimissam esse, et penes se habere dicta de causa. Cum pacto assignationis pignorum, pena trecentorum ducatorum auri, cum reffectione dampnorum obbligatione omnium suorum bonorum, cum pacto precarii, et renunciationibus. Insuper dictus Bartolomeus debitor, licet esset perfecte etatis, sponte iuravit more maiorum.

Actum Bononie, in capella sancti Andree de Platixiis, in domo habitationis dicti domini Nicolai, presentibus Bono condam Mengolini portatore et Gratiolo condam Guidonis ambobus de capella sancti Proculi, Nanne condam Gratioli de terra sancti Alberti comitatus Bononie, habitante terre Russi comitatus predicti et Petro condam Martini de Gogolis de terra sancti Iohannis in Persiceto comitatus Bononie, testibus vocatis et rogatis. Et ego Iohannes Angelini notarius infrascriptus supradictos contrahentes cognovi.

CCCLXVI (1292).

Ivi, c. 86 *r.*

Vendita di terreni da Iacopo d' Ignano a Bartolomeo del fu Paolo Liazari dottore di decreti.

Bologna, 1369, 8 settembre.

" Bartolomeus filius condam sapientissimi viri domini Pauli de Liazariis decretorum doctoris " riceve da Iacopo da Ignano del fu Bitino lire 26, sol. 16 e den. 9 per due appezzamenti di terreno venduti.

Eisdem millesimo, inditione, mense et die. . . . .

Actum Bononie, ut supra, presentibus Anthoniolo condam Bertucii de Bentivoglis, Andallò condam ser Michaelis de Bentivoglis, Chalorio condam Zenanis de sancto Alberto, omnibus civibus Bononie, et domino Petro condam Chabrielis de Vilaria de Parma habitante in civitate Bononie, qui omnes disserunt se cognoscere contrahentes predictos, testibus vocatis et rogatis.

CCCLXVII (1293).

Ivi, c. 96 *r.*

Obbligazione per mutuo fra Pietro de' Vitali e Pietro Canetoli dottore di leggi.

Bologna, 1369, 25 settembre.

Petrus condam Vitalis de Vitalibus, de terra Castri Sancti Petri, habitator terre Castribritonum comitatus Bononie, sponte et ex certa scientia promixit sapienti viro domino Petro de Chanitulo legum doctori, filio condam domini Marchi civi bononiensi, de capella sancti Cervaxii, ibidem presenti, pro se et suis heredibus stipulanti et recipienti, dare, solvere, numerare, tradere, reddere et restituere eidem domino Petro creditori, vel suis heredibus, aut cui voluerit, hinc ad unum mensem proxime venturum, in civitate Bononie, Imole, Faventie, Ferrarie, Mutine, Regii, Parme et generaliter alibi ubicumque locorum decem et novem libras et decem soldos bononinorum, in pecunia munerata in una parte. Item viginti tres tornaturas cum dimidio frumenti boni et pulchri in alia parte, quas quantitates pecunie et furmenti predictus debitor ex causa mutui, de puro amore et gratia

speciali fuit confessus recepisse a dicto creditore, cum pacto assignationis pignorum, pena quadraginta librarum bon., cum reffectione dampnorum, obbligatione omnium suorum bonorum, cum pacto precharii, renuntiatione et sacramento dicti debitoris more maiorum prestito.

Actum Bononie, ad scaraniam, presentibus Guidottino condam** de terra Castri sancti Proculi, habitante terre Butrii comitatus [Bononie], qui dixit se cognoscere contrahentes predictos, Gabriele condam** de Panico, Iacomello condam Minarelli de capella sancti Fabiani et Iacobo condam Petri de Merlitis merzario, testibus.

CCCLXVIII (1294).

Prot. 10°, 1370, vol. cart., di mm. 208×155, di c. 91 n., c. 2 v.

Deposito per custodia fatto da maestro Iacopo Montecalvi professore di fisica a Bartolomeo della Seta, Filippo da Pescia ed altri.

Bologna, 1370, 9 settembre.

Honorabilis et circumspectus vir magister Iacobus condam Thome, olim Fiandrii de Montechalvo phisice professor, civis bononiensis, ad presens de capella sancte Marie de Oselitis, sponte et ex certa scientia et animo deliberato, per se et suos heredes, presencialiter et manualiter et coram testibus et me notario infrascriptis, dedit, solvit, numeravit, deposuit, tradidit et dimixit in depositum et ex causa depositi custodiendi et salvandi causa Bartolomeo condam Colucini Pucii de Seta, de capella sancte Marie de Claviga, Philipo condam Buvalelli de Pesia, de capella sancte Marie Maioris, Thome condam Benasai de Trentaquatro, de capella sancte Lucie, Matheo condam Fulci de Confortis, de capella saucti Barbaciani et Veneticho condam nobilis militis domini Alberti Bruxe de Chazanemicis, ad presens de capella sancti Thome de merchato, et cuilibet eorum presentibus et recipientibus in depositum et ex causa depositi custodiendi et salvandi causa quadringentos ducatos boni et puri auri et iusti ponderis, quam quantitatem ducatorum predicti Bartholomeus, Philipus, Matheus, Thomas et Venetichus, et quilibet ipsorum dictam quantitatem ducatorum ab ipso magistro Iacobo recipientes disserunt, asseruerunt et sponte confessi fuerunt tantam esse dicte pecunie et depositi quantitatem et ipsum totum et integrum habuisse et recepisse a dicto magistro Iacobo dicta de causa. Et ipsam quantitatem ducatorum et depositi predicti depositarii omnes superius nominati, et quilibet ipsorum, per pactum et stipulationem principaliter et in solidum se obligando promisserunt dicto magistro Iacobo custodire et salvare omni ipsorum et cuilibet

eorum in solidum periculo divini iudicii, incendii, ruine, rapine, violentie, furti, naufragii et alterius cuiuscumque casus fortuiti et divini iudicii, qui fieri, cogitari, vel eveniri posset, perinde ac si in presenti espresse nominatus fuisset: que omnia et omnem alium casum predicti omnes superius nominati in solidum in se, et super se per pactum espresse susceperunt et suscipiunt. Et etiam dictam quantitatem ducatorum et depositi predicti omnes depositarii per pactum et stipulationem principaliter et in solidum se obligando promisserunt dicto magistro Iacobo dare, reddere et restituere eidem magistro Iacobo, vel suis heredibus, aut cui voluerit, ius suum cesserit, vel mandaverit, hinc ad quatuor annos proxime venturos, in civitate Bononie, Ferrarie, Venetiarum, Tervixii, Padue, Mantue, Mediolani, Papie, Ianue, Pisarum, Senis, Florentie, Placentie, Parme, Mutine, Imole, Faventie, Forlivii, Ravenne, Arimini, Anchone et in quacumque alia civitate, terra, villa, loco, vel castro, in qua, quo, vel quibus ab ipsis depositariis, vel aliquo eorum contingerit postulari; volentes et constituentes ex nunc per pactum expresse dicti depositarii pro solutione et restitutione dicti depositi posse et debere citari, requiri et conveniri per dictum magistrum Iacobum et suos heredes, vel alium quemlibet habentem causam ab eo, in dictis cîvitatibus, terris et locis et alibi ubicumque et coram quocumque iudice et offitiale ecclesiastico, vel seculare, ordinario, vel extraordinario, delegato, vel subdelegato, quorum omnium iudicum, et offitialium coram quo, vel quibus, ipsos, vel alium ex eis pro predictis et eorum occaxione contigerint, conveniens, iurisditionem et officium prorogaverunt et eorum iurisditioni et officio in solidum se supposuerunt et submisserunt et ipsorum iudicum et offitialium, iurisditionem et officium aliqualiter non declinare promiserunt. Insuper predicti depositarii omnes et quilibet ipsorum in solidum promiserunt dicto magistro Iacobo quod si die, loco et termino non dabunt, solvent et restituent dictam quantitatem ducatorum et depositi infra octo dies statim elapso dicto termino, dare, defferre, tradere, presentare, consignare et libere relasare ipsi magistro Iacobo, vel suis heredibus, domui sue habitationis tot et tanta pignora aurea vel argentea manuaria que valebunt dictam quantitatem ducatorum et depositi; sub pena quadringentorum ducatorum auri, quos predicti depositarii omnes in solidum per stipulationem nomine pene eidem magistro Iacobo stipulanti dare et solvere promiserunt in dictis terris et locis et alibi ubicumque infra decem dies postquam in dictam penam incurrerint, et nichilominus sortem predictam atque dampnum pena ex interesse, qua soluta vel non, predicta servare. Cum refectione dampnorum, obligatione in solidum omnium suorum bonorum, cum pacto precarii, renuntiatione et sacramento predictorum depositariorum omnium more maiorum prestito.

Actum Bononie, in capella sancti Mathei de Acharixiis, in stacione Andree condam Contis de Rufinis speciarii de Aregacia, presentibus dicto Andrea, qui dixit se cognoscere contrahentes predictos, Gregorio condam magistri Ugolini de Chazano medico, de capella sancte Marie Magdalene, Donato condam Bertolini de Blanchis, de capella sancti Stephani et Iacobo condam Iohannis de Petris, de capella sancti Martini de Aposa, testibus vocatis et rogatis.

CCCLXIX (1295).

Ivi, c. 38 r.

Vendita di una casa da Besia Beccadelli a Bartolomeo Piacentini di Parma dottore di leggi.

Bologna, 1370, 8 ottobre.

Nobilis domina Bexia condam Colacini olim Mini de Bechadellis et ad presens uxor nobilis militis domini Alberti condam Missoti de Sabbadinis civis bononiensis, de capella sancti Michaelis de Lebroseto, dicens et asserens ac corporaliter iurans ipsa domina Bexia ad sancta Dei evangelia, tactis scripturis, infrascriptam domum non esse dotalem, nec nomine dotis traditam, sed ad ipsam dominam Bexiam libere spectare et pertinere, presente dicto domino Alberto suo viro et volente et consentiente omnibus et singulis infrascriptis, ac etiam renunciante cuicumque iuri eidem domino Alberto quomodolibet competenti in infrascripta domo, sponte et ex certa scientia et animo deliberato, per se et suos heredes, iure proprio et in perpetuum dedit, vendidit et tradidit egregio et excelentissimo legum doctori domino Bartolomeo condam Rolandi de Placentinis de Parma, olim habitatori civitatis Padue, et nunc habitatori civitatis Bononie, unam domum balchionatam, cum curia et cum medietate cuiusdam curitorii de ligno constructi et apensi dicte domui ab uno capite supra stratam publicam, et ab alio capite apensi domui Lambertini condam Girardi de Ghixileriis, per quod curitorium itur et reditur de dictis domibus et predictas domus de una ad aliam, et cum omni iure, quod ipsa domina Bexia venditrix habet in dicto curitorio et ipso mundum retinendo ac reficiendo et reparando tociens quotiens fuerit opportunum et visum fuerit dicto domino Bartolomeo emptori et suis heredibus. Que domus vendita cum superestantibus posita est Bononie, in capella sancti Prosperi, iuxta vias publicas a duobus lateribus, iuxta ser Iacobum condam Guillelmi olim de Papia et iuxta Cosam parolarium et Iacobum eius filium a latere posteriore dicte domus et curie, vel alii veriores confines. Ad habendum, tenendum et possidendum

etc. Et hoc nominatim pro pretio ducentarum nonaginta librarum bononinorum, quod pretium totum et integrum dictus dominus Bartolomeus emptor presencialiter in ducatis boni et puri auri et iusti ponderis valentibus et ascendentibus ad quantitatem et summam pretii supradicti, dedit, solvit, numeravit, tradidit et dimixit dicte domine Bexie venditrici, recipienti, confitenti et asserenti tantam esse dicti pretii et pecunie quantitatem, et ipsum totum et integrum habuisse et recepisse a dicto emptore, ut dictum est, et dicta de causa. Quam domum cum superestantibus venditam dicta domina Bexia venditris constituit se ipsius, emptoris nomine et suorum heredum, per pactum posidere. Insuper dicta domina Bexia venditris solempni stipulatione et pacto se obligando promixit, per se et suos heredes, dicto domino Bartolomeo emptori de dicta domo cum superestantibus vendita nullam de cetero per se, vel alium, seu alios, de iure, vel de facto, in iuditio, sive extra, litem, questionem, controversiam vel molestiam eodem domino Bartolomeo vel suis heredibus inferre, movere, vel refferre, aut inferenti, moventi, vel refferenti consentire, sed dictam domum, cum superextantibus venditam, tam in proprietate quam in possessione et cum omni suo iure, usu et consuetudine eidem domino Bartolomeo emptori et suis heredibus legiptime, defendere, auctorizzare et disbrigare in omnem casum et ab omni persona, comune, colegio et universitate, et de dicta domo cum superestantibus vendita eidem emptori possessionem vachuam, liberam et expeditam esse et nullo modo advocatoriam et eam a quocumque tueri et facere omnibus potiorem etc. Cum pactis de libello et aliis in predictis utilibus et usitatis. Que omnia et singula suprascripta promixit dicta domina Bexia dicto domino Bartolomeo emptori perpetuo firma et rata habere etc., sub pena dupli dicti precii et quantitatis pecunie, cum reffectione dampnorum, obligatione omnium suorum bonorum, pacto precarii, renuntiatione et sacramento dicte domine Bexie more maiorum prestito. Insuper etiam dicta domina Bexia venditris fecit et ordinavit Minum condam Muzolini Bonincontri de capella sancti Damiani ibidem presentem suum verum et legiptimum procuratorem, actorem, factorem et specialem muntium, specialiter ad inducendum, procuratorio nomine domine Bexie, dictum dominum Bartolomeum emptorem in tenutam et corporalem possessionem supradicte domus cum superestantibus vendite, et ad dandum et tradendum eidem domino Bartolomeo et in suis manibus ostia et vetes ostiorum domus predicte et ipsum in ea et eius tenuta et corporali possessione dimittendum et relasandum, et ad omia faciendum que in predictis fuerint necessaria et opportuna; promittens dicta domina Bexia constituens michi Iohanni notario infrascripto, tanquam persone publice stipulanti et recipienti vice et nomine omnium et singulorum quorum interest, vel interesse potest

se perpetuo firma, rata et grata habiturum quidquid per dictum suum procuratorem factum fuerit in predictis sub ipotecha et obligatione omnium suorum bonorum presentium et futurorum.

Actum Bononie, in capella sancti Michaelis de Lebroseto, in domo habitationis predictorum domini Alberti et domine Bexie, presentibus sapiente viro domino Petro condam domini Marchi de Chanitulo legum doctore, Zapino condam Robachontis de Zapolino de capella sancti Antholini, qui dixit se cognoscere contrahentes predictos, Nicolao condam Bechi de Magarotis campsore, Mino condam Muzolini Bonincontri de capella sancti Damiani, Bertuccio condam Viviani de terra Stiphunti comitatus Bononie, Ghiberto condam Bartolomei de capella s. Martini de Chazanemicis pizolis, Iohanne fiiio Grisantis de sancto Henrico de Parma et Guillelmino condam Bartolomei de Vercellis, testibus vocatis et rogatis.

CCCLXX (1296).

Ivi, c. 38 *v.*

Presa di possesso del predetto della casa acquistata.

Bologna, 1370, 8 ottobre.

Mino del fu Muzzolino Bonincontri procuratore di Besia Beccadelli immette Bartolomeo Piacentini nel possesso della predetta casa.

Eisdem millesimo, inditione, mense et die. . . . .

Actum Bononie, in supradicta domo, presentibus sapiente domino Petro de Canitulo legum doctore, Lambertino condam Gerardi de Ghixileriis, qui ambo disserunt se cognoscere predictos Minum, dominum Bartolomeum, Guillelminum condam Bartolomei de Vercellis et Iohannem condam Grisantis de Parma, testibus.

CCCLXXI (1297).

Ivi, c. 41 *r.*

Vendita di una casa da Lambertino Ghisilieri a Bartolomeo de' Piacentini dottore di leggi.

Bologna, 1370, 8 ottobre.

Millesimo CCCLXX, inditione VIII, die octavo mensis octubris.

Lambertinus condam Gerardi olim Lambertini, sive Bitinelli de Ghixileriis civis bononiensis, de capella sancti Prosperi, qui ad pre-

sens habitat in capella sancti Vitalis, sponte et ex certa scientia, animo deliberato et nullo errore ductus, per se et suos heredes, iure proprio et in perpetuum dedit, vendidit et tradidit egregio et excellentissimo legum doctori domino Bartolomeo condam Rolandi de Placentinis de Parma, olim habitanti in civitate Padue, et ad presens habitatori civitatis Bononie, ibidem presenti, pro se et suis heredibus recipienti et ementi unam domum magnam, balchionatam, cum curtili et puteo et cum medietate cuiusdam curitorii de ligno constructi et apensi dicte domui a latere anteriori dicte domus ab uno capite supra stratam publicam et ab alio capite constructi et apensi alie domui dicti domini Bartolomei, per ipsum dominum Bartolomeum hodie empte a domina Bexia condam Colacini de Bechadellis, ex instrumento mei notarii, per quod curitorium itur et reditur de dictis domibus et per dictas domus de una ad aliam, et cum omni iure quod ipse Lambertinus venditor habet in dicto curitorio et ipse ibidem retinendo, et reficiendo et reparando totiens quotiens fuerit opportunum et visum fuerit dicto domino Bartolomeo emptori et suis heredibus; que domus vendita cum superestantibus posita est Bononie, in capella sancti Prosperi, iuxta stratam publicam a latere anteriori, iuxta quandam viam a latere posteriori, iuxta dominum Iohannem de Marsilia militem et iuxta dominam Margaritam condam Iacobini Mastelarii vel alios plures et veriores confines. Ad habendum, tenendum et possidendum etc. Et hoc nominatim pro pretio et nomine pretii dicte domus cum superestantibus vendite, de ipsorum contrahencium concordia et voluntate in summa, quingentarum vigintiquinque librarum bononinorum; quod precium totum et integrum dictus dominus Bartolomeus emptor presentialiter coram testibus et me notario infrascriptis in ducatis boni et puri auri et iusti ponderis valentibus et ascendentibus quantitatem et summam pretii supradicti, dedit, solvit, numeravit, tradidit et dimixit dicto Lambertino venditori recipienti, confitenti et asserenti tantam esse dicti pretii et pecunie quantitatem, et ipsum totum et integrum habuisse et recepisse a dicto domino Bartolomeo emptore, ut dictum est, et dicta de causa. Quam domum cum superestantibus venditam predictus Lambertinus venditor constituit se ipsius domini Bartolomei emptoris, et suorum heredum nomine, per pactum posidere et quasi etc. Cum traditione possessionis etc. Insuper dictus Lambertinus venditor solempni stipulatione promixit dicto domino Bartolomeo emptori de dicta domo vendita, vel aliqua eius parte, nullam de cetero per se, vel alium, seu alios, de iure, vel facto, in iuditio, sive extra, litem, questionem, vel molestiam eidem domino Bartolomeo inferre, movere, vel refferre, sed dictam domum venditam, cum omni suo iure, usu et consuetudine eidem domino Bartolomeo emptori legiptime defendere, auctorizare et disbri-

gare in omnem casum et ab omni persona, comune, colegio et universitate. Et de dicta domo vendita eidem domino Bartolomeo possessionem vachuam, liberam et expeditam tradere, et ipsam vachuam et expeditam esse et nullo modo advocatoriam et eam a quocumque tueri et facere omnibus potiorem etc. Cum pactis de libello et aliis in predictis utilibus et usitatis etc. Que omnia et singula suprascripta promixit dictus Lambertinus venditor dicto domino Bartolomeo emptori perpetuo firma et rata habere, atendere et observare etc. Sub pena dupli dicti pretii et quantitatis pecunie etc. Cum refectione dampnorum, obligatione omnium suorum bonorum etc.

Actum Bononie, in capella sancti Michaelis de Lebroseto, in domo habitationis nobilis militis domini Alberti condam Musoli de Sabadinis, presentibus dicto domino Alberto, sapiente viro domino Petro de Canitulo legum doctore, cive bononiense, Zapino condam Robachontis de Zapolino de capella sancti Antolini, qui dixit se cognoscere contrahentes predictos etc.

CCCLXXII (1298).

Ivi, c. 44 *r*.

Presa di possesso della suddetta casa acquistata da Bartolomeo Piacentini.

Bologna, 1370, 8 ottobre.

Lambertino Ghisilieri immette Bartolomeo Piacentini nel possesso della casa vendutagli.

Eisdem millesimo, inditione, mense et die. . . . .

Actum Bononie, in supradicta domo, presentibus nobile milite domino Iohanne de Marsilia, sapiente viro domino Petro de Canitulo legum doctore, qui dixit se cognoscere predictos Lambertinum et dominum Bartolomeum, Mino condam Muzolini Bonincontri de capella sancti Damiani, testibus.

CCCCLXXIII (1299).

Ivi, c. 55 *v*.

Restituzione di due buoi fatta da Nicolò di Guido da Zappolino a Bartolomeo del fu Francesco da Cignano.

Bologna, 1370, 12 ottobre.

Millesimo CCCLXX, inditione VIII, die duodecimo mensis octubris.

Bartolomeus condam Francisci de Cignano, de capella sancti Antholini civitatis Bononie, sponte et ex certa scientia, per se et suos

heredes fuit confessus et contentus habuisse et recepisse et sibi restitutos esse et fuisse a sapiente viro domino Nicolao condam domini Guidonis de Zapolino legum doctore et cive bononiense dante et restituente vice et nomine quorumdam heredum et successorum olim Guillelmi condam domini Aurelii de Tebaldis civis bononiensis duos boves, videlicet unum rosum et alium bonellum, pretii et extimationis in summa quadraginta duarum librarum bononinorum, eidem Guillelmo locatos ad zoaticham, ad laborandum per dictum Bartolomeum, ut asseruerunt ex instrumento dicte locationis, scripto manu Iacobi Cursii vicarii notarii. Et ideo predictus Bartholomeus, per se et suos heredes, liberavit et absolvit predictum dominum Nicolaum a dictis bobus et ab omni eo et toto quod dictus Bartolomeus ab ipsis heredibus et successoribus dicti condam Guillelmi, aut in bonis vel hereditate predicta petere vel exigere posset de dictis bobus, et vigore locationis predicte; quod instrumentum et omnia in eo contenta, voluit et mandavit dictus Bartolomeus de cetero fore vanum, cassum, cancelatum et nullius valoris. Que omnia et singula suprascripta promixit dictus Bartolomeus per se et suos heredes dicto domino Nicolao stipulanti et recipienti, vice et nomine dictorum heredum dicti condam Guillelmi de Tebaldis, perpetuo firma et rata habere etc. Sub pena dupli dicte extimationis solempni stipulatione promissa etc. Cum reffectione dampnorum, obligatione omnium suorum bonorum et renuntiatione.

Actum Bononie, in capella sancti Antholini, in domo habitationis dicti domini Nicolai de Zapolino, presentibus Iacobo condam Francisci de Cistis de Cignano, qui dixit se cognoscere contrahentes predictos, Petro condam Francisci nuntio de capella sancti Felicis et Thoma condam Simonis capelle predicte, testibus vocatis et rogatis.

CCCLXXIV (1300).

Ivi, c. 78 *v.*

Locazione di un appezzamento di terra da Giovanni del fu Benvenuto da Montecalvo a Mea figlia di Bonincontro del fu Giovanni d'Andrea dottore di decreti.

Bologna, 1370, 3 novembre.

" Nobilis domina Mea filia condam sapientis viri domini Bonincontri olim domini Iohannis Andree decretorum doctoris ", moglie del nobile milite Ugolino Galluzzi, riceve da Giovanni del fu Benvenuto da Montecalvo lire 18 di bolognini ed un paio di capponi per l'affitto d' una pezza di terra con casa a Montecalvo, nella contrada della *Le Calcinare.*

Millesimo CCCLXX, inditione VIII, die tercio mensis novembris. . . . .

Actum Bononie, in capella sancti Ambroxii in domo habitationis predicti Ugolini de Galuciis et domine Mee, presentibus Patrucio condam Menghi de terra Lastignani comitatus Bononie, qui dixit se cognoscere contrahentes predictos, et Thomaxio condam Petri de terra Monsilicis comitatus Padue, testibus vocatis et rogatis.

CCCLXXV (1301).

Prot. 11°, 1370, vol. cartaceo, con cop. membr. di mm. 203×150, di c. 81 n., c. 9 *v*.

Vendita di un appezzamento di terra da Terio Calegari a Giovanni Galluzzi.

Bologna, 1370, 25 novembre.

Terio del fu Iacopo Calegari vende a Giovanni del fu Borniolo Galluzzi, a nome di Taddeo e di Misina suoi eredi figli del fu Borniolo Galluzzi, un appezzamento di terra di tredici tornature, situato a Nogareto, per lire 5 di bolognini.

Die vigessimo quinto mensis novembris. . . . .

Actum Bononie, ad scaraniam, presentibus sapiente viro domino Nicolao de Zapolino legum doctore, Nicolao condam Iuliani de Artusinis, qui dixit se cognoscere contrahentes predictos, et Philipo Petri Philipi notario, testibus.

CCCLXXVI (1302).

Ivi, c. 68 *r*.

Richiesta di Pietro Bisilieri perchè gli si nomini un curatore per un contratto di vendita.

Bologna, 1370, 24 dicembre.

Pietro del fu Iacopo Bisilieri, o della Lana, figlio ed erede universale di Caterina sua madre, figlia del fu Francesco de' Liazari abitante ad Ulgiano, domanda di avere per curatore Giovanni de' Liazari in un contratto di vendita a Velino de' Zanolini d' un appezzamento di terra a Borgo Panigale.

Millesimo CCCLXX, inditione octava, die vigessimo quarto mensis decembris. . . . .

Actum Bononie, ad discum Ursii palatii veteris iuridici comunis Bononie, presentibus sapiente viro domino Petro de Canitulo legum doctore et cive bononiense, de capella sancti Nicolai de Albaris cognato et propinquo dicti Petri adulti, maiore vigintiquinque annis, qui dixit se cognoscere contrahentes predictos, Rainerio condam Francisci Custholi notario, Nicolao condam Francisci de Libris notario, Lanfrancho condam Berardi de Rombolinis notario et Masino condam Franceschini muratore, testibus omnibus bone oppinionis vite conditionis et fame ad hec vocatis et rogatis. Qui Simon cognatus et propinquus dicti Petri adulti predictis omnibus consensit, dixit et iuravit corporaliter ad sancta Dei evangelia, tactis scripturis, se esse maiorem vigintiquinque annis et se credere predicta omnia que aguntur et fiunt non fieri in dapnum vel fraudem dicti adulti.

CCCLXXVII (1303).

Ivi c. 73 r.

Locazione d' una bottega fatta da Pietro da Predalbino e Villano Cambiucci a Rodrigo di Diego studente in diritto canonico, sindaco e procuratore del collegio di Spagna.

Bologna, 1370, 24 dicembre.

Die predicta.

Venerabilis vir dominus Rodericus Didaci ispanus scolaris, studens in iure canonico, in civitate Bononie, in infrascripto palatio, sindicus et procurator scolarium colegii studentium Bononie in palatio constructo et ordinato per olim bone memorie R. in Christo patrem et dominum, dominum Egidium Sabinensem episcopum, ac sacrosancte romane ecclesie cardinalem, ut asseruit ex instrumento sui sindicatus et procurationis scripto manu Simonis condam Perini Gini notarii bononiensis, sponte ex certa scientia fuit confessus et contentus habuisse et recepisse a Petro condam Francisci de Predalbino merchatore et cive bononiense, de capella sancti Fabiani, dante et solvente suo proprio et principali nomine, et pro se et suis heredibus, et vice et nomine Vilani condam Iohannis Cambiucii mercatoris eius socii et suorum heredum et de ipsorum Petri et Vilani comuni pecunia coram testibus et me notario infrascripto, viginti libras bononinorum in pecunia numerata, et hec pro pensionis termino nativitatis domini nostri Ihesu Christi unius stationis dicti collegii et scolarium, posite Bononie in Foro medii, quem stationem predicti Petrus et Vilanus conducunt ad pensionem a predictis scolaribus et collegio, ut asseruerunt ex instrumento dicte locationis,

scripto manu Iacobi Cursii Vicentini notarii bononiensis vel alterius notarii. Et ideo predictus dominus Rodericus sindicus et procurator predictus, sindicario et procuratorio nomine dictorum collegii et scolarium, liberavit et absolvit dictum Petrum pro se et suis heredibus et vice et nomine dicti Vilani et suorum heredum a dicta quantitate viginti librarum bononinorum pro pensione dicti termini nativitatis presentis. . . . .

Actum Bononie, in capella sancti Christofori de Saragotia, in palatio collegii et residentie dictorum scolarium, presente domino Iohanne Fernandi vicerectore scolarium palatii predicti, Bondo condam Andree de Ponticlo banbaxarolo et Martino condam Guiducii de Romanciis ambobus de capella sancte Catharine de Saragotia civitatis Bononie, qui dixerunt se cognoscere contrahentes predictos, testibus vocatis et rogatis.

INDICE CRONOLOGICO
DEI DOCUMENTI

DOCUMENTI SENZA NOTA CRONOLOGICA COMPLETA

INDICE DEI NOTAI

INDICE DEI NOMI E DELLE COSE

PERTINENTI ALLO STUDIO (*)

(*) N. B. - Il numero arabico racchiuso tra parentesi segna l'anno in cui il documento fu redatto; il numero romano corrisponde al numero d'ordine del documento; infine il numero arabico che vi tien dietro indica la pagina nella quale la persona o la cosa sono menzionate.

INDICE DEL VOLUME

ERRATA-CORRIGE

pag.	*riga*	ERRATA	CORRIGE
8	16	Actu	Actum
19	23	Dogliolo	Dugliolo
106	3	*Filippo Maestro di*	*di maestro Filippo*
149	28	Sordinis ervorum	ordinis Servorum
150	1	CCXXXVIII	CCXXXVII
150	16	CCXXXVII	CCXXXVIII
151	22	Andrrea	Andrea
160	23	Nonantulc	Nonantule
170	31	*mastro*	*maestro*
227	37	novelle	Novelle
233	38	*Costa*	*Cisti*
235	17	fratsis	fratris
248	35	possideutur	possidentur.